

Heinrich Rahn

Diatribae Iuridicae De Morbis Et Eorum Remediis

Rostochii: Keil, 1658

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn735205604>

Druck Freier  Zugang



Krankheiten nach deren Heilung

R. U. jur. 1658.

Hinnich Rakke, Pross. 1e


Daniel Jung Markhof, Resp.

C. Tractatio ^{non} h. d. unū objectū
illa est obliosa
Atq. vna tract. o. habet unū ob.
E. Maj. p. q. duplex tituli inscri.
t. h. o. obliquū duplex ob.
et non o. g. fuisse ad.
cere partem, cū
totū includat partē

Quod bene vortat!

DIATRIBE JURIDICA
DE

MORBIS
ET EORUM RE-
MEDIIS,



C. p. Objecto h.
Medicū id sibi
non vindicare
pt. q. ob.
Atq. Morbū Ob.
h. Med. Et et
p. consequens
male inscriptis
Tit. v. M. et v. h.
se notius inscri.
benig. est o. Inve
Morbosom, q. a
Inu. lo. ca.
q. situtu. et
s. ult. ins. d. et
g. et. e.
Srae p. bo. ca.
q. situtu. est, scilicet
p. illis paria de
bene detribui
Atq. verū e. p. detp.

Quam
Sub PRÆSIDIO

Viri Consultissimi & Excellentissimi

DN. HENRICI RASPERI

J.U.D. Prof. & Juridicæ Facult. p. t. De-

cani Spectabilis, nec non Consistorii Ducalis As-
sessoris gravissimi, Promotoris & Præceptoris sui
æternum suspiciendi,

veram non fucatam Philosophiam affectantibus,
ventilandam proponet

DANIEL GEORGIUS MORHOFIUS,

VISMARIENSIS, Jurium & Philos. Stud.
AUTOR ET RESPONDENS,

Ad diem 4. Sept. in Auditorio majori,
horis consuetis.

ROSTOCHII

Sub descriptione Præli KILIANI, 1658.

VIRIS

NOBILISSIMIS, AMPLISSIMIS, CONSULTISSIMIS
ET PRUDENTISSIMIS

DN. JOACHIMO Khatken.

DN. JOHANNI Schumacher.

DN. HENRICO von Deylen.
CONSULIBUS.

DN. HERMANNO WERNERO,
ICto & STNDICO.

DN. BRANDANO Schmidt.

DN. CASPARO Trendenburg.

DN. MARCO Burmeister.

DN. DANIELI Naken.

DN. MICHAELI Kerckdörff.

DN. CHRISTOPHORO Gröning.

DN. JOHANNI Nieman.

DN. CHRISTOPHORO Bockhäuser.

DN. JOHANNI Köppen.

DN. CYRIACO Burmeistern.

DN. DANIELI Odewahn.

DN. DANIELI Herzberg.


SENATORIBUS inclutæ Reip. Wismariensis
& Patribus Patriæ meritisimis.

DN. GERHARDO Schlaff/
ejusd. Reip. PROTONOTARIO
ET SECRETARIO.

*Dominis, Patronis, Promotoribus & Fautoribus
singulari observantiâ amplectendis*

Exercitationem hanc submisso offert

AUTOR


HAndem denique, Viri Nob. & Ampl.
Morbum vobis parturio. Itane vero
Morbum? Ita est. Et talem quidem, cu-
jus Astræa mater est, non Morbona. Sed
quid hoc ad rhombum dicet Orbilius:

Delphinum sylvis appingis, fluctibus aprum.
Bona verba! Nec enim Medicorum iuscula morbis præ-
scripsimus: sed Jurisconsultorum jura. Medica, si quæ
hic sunt, sunt modica. Multa hic esse non tam accurata
causabitur? Prothyme hoc largimur. Sciat primitias
primitias esse, & quod hæc Diatribe

debentia dici

Pleraq; differat & præsens in tempore omittat.
Nemo enim à nobis requiret, ut tam succiplena sit,
quemadmodum Chærea Terentiani Pamphila, modo
ossibus hæreat, ut Ægonis Virgiliani oves. Hæc igitur
prima laboris nostri Juridici documenta de Ægrotis,
surdis, mutis, furiosis, & id genus aliis, sub rabioso Si-
rii sidere nobis nata, quos agnoscant censores alios, quam
Vos? Debeone hoc Patriæ, quæ me

tellure cadentem

Excepit fovitq; sinu?

Nonne

Nonne vobis, Viri Nob. & Ampl. Studiorum meo-
rum Patronis & Promotoribus? Ipsam me dixeris
impudentiam & impurissimum scelus, si grato quodam
affectu atq; animo hac significanda duxerim. Sumite
igitur Morbum nostrum: sed miti, sed sanã fronte atq;
vultu. Vestra Censurã hoc quicquid est opellã submitto,
credens, tam conveniens me vobis offerre munus, ac si
Phæbo teſtudinem, Dianã Venabulum, Jovi fulmen &
Veneri columbas offerrem. Valete Viri Nob. & Ampl.
& Morbo nostro favete, cum aternante & mentis &
corporis sanitate.

Vestr. Nob. & Ampl.

deditissimus ac obser-
vantissimus

DANIEL GEORGIUS MORHOFIUS,



DIATRIBES JURIDICÆ
DE MORBIS ET EORUM
REMEDIIIS,

PARS PRIMA

caq;

Generalis, continens Præliminaria.



Morbus secundum *Fungerum in Lexico Ety-
mologico* dicitur quasi *μοῖρα* & *βίη* i.e. fatum vitæ;
quæ tamē potius aliqua allusio est, quam vera Ety-
mologia. Verosimilius est illud *δαῖ* & *μαρτυρῶν*,
quod capere & corripere significat, descendere.

2. Præterea & ad alia quoq; ista Vox applicatur & interdum
denotat errores, pravas consuetudines, & animi vitiositates. *Cic. 1.
de Finib. Animi morbi sunt cupiditates immense.* Sic *Catullus de Egnat-
io*, qui de candidulis dentibus magnopere sibi gratulabatur, & sine
ullâ occasione candoris eorum ostendendi causâ, ridebat: *habet*, in-
quit, *hunc morbum, neq; elegantem ut arbitror neq; urbanum.* *Horat. Od.
37. lib. 1. per morbum cohortis Cleopatrae impudicitiam & Sat. 6. lib. 1.
per morbum Barri immodicum formæ cultusq; studium. & Sat. 3. lib. 2.
cupiditatem lucri intelligit; Epist. item 1. lib. 1. avaritiam & cupidinem
morbos dicit. Furor quoq; Morbus absolute vocatur l. 14. ff. de off.
presid. l. 22. §. Si maritus ff. Solut. matrim. l. 6. pr. C. de curat. Furios. l. 9.
C. qui testam. fac. poss.* Transfertur quoq; ad res inanimatas. Corru-
ptionem

A

ptionem aeris *Virgilius* vocat *morbum cæli* *Georg.* 3. v. 478. *Lucretius* vocat *morbidum aerem*. Nobis Morbi vox tam late hic sumetur, ut quasvis affectiones humanum corpus affligentes designet.

3. Cum voce Morbi coincidunt 1. *Infirmitas* l. 4. ff. de *postuland.* quamvis denotet alias quancunq; corporis imbecillitatem & ad res inanimatas quoq; traducatur. Sic dicitur infirmitas *Ædificii* l. 42. ff. de *damn. insect.* Infirma ætas, sc. puerorum, senum & puellarum l. 122 ff. de *Legat.* 1. Infirma sententia l. 7 C. *quand. provoc. non est neceß.* Infirmitum testamentum *rubr. Inst. quib. mod. testam. infirm.* 2. *Ægritudo*, quæ primario quidem de animo dicitur l. ult. ff. si quis aliquem test. *prohib. Terent. Andr. Act.* 5. sc. 5. vers. 5. *Ægritudo inmercedit gaudio.* Interim de corpore etiam lat recte dicitur *Terent. Phorm. Act.* 5. sc. 1. v. 24. *Ex ægritudine matrem mors consecuta est.* *Corn. Nep. in Miltiad. Ager erat vulneribus.* *Ovid. lib. 1. de Pont. el. 4* *Nec iuver admotâ perditus ager ope.* *Ægritudo corporis dicitur in l. 3. C. qui test. fac. post. Cic. lib. 3. Tusc. cap. 10.* adhuc distinctionem facit inter *Ægritudinem* & *Egrotationem*: *Proprie, inquit, ut Egrotatio in corpore, sic ægritudo in animo nomen habet, non sejunctum à dolore.* 3. *Valerudo*, quæ vox *πείρα* est & in utramq; partem accipitur l. *ultim. ff. de injust. rupt. irrit.*

4. Jam quis *Æger*, *Ægrotus*, *Morbosus*, *Valetudinarius* proprie dicatur, determinandum est. *Auson. Popm.* autumnat, quod æger dicatur, qui & animo & corpore simul est talis, ægrotus, qui corpore solo. Sed reclamant & multa exempla. *Morbosus*, me quidem iudice, cum *Valetudinario* coincidit, talemq; significat, qui frequenter, dispensante id naturâ propria, ægrotat. *Salmas. de Ann. climact. p. m. 765* illos dicit *morbosus*, qui ex morbo semine progignuntur. De *Valetudinariis* multa est disceptatio. *Mercur. de art. gymn. lib. 4. c. 8* *Valetudinarios* eos vocat, qui recentem à morbis evaserunt, facitq; eosdem cum convalescentibus. Quidam eos ita definiunt, ac si sint intelligendi, qui tam gravi morbo laborant, ut pedem domo efferre non possint *ex l. ad personas ff. de Jurejur. Cujac. ad l. 8. 9. 10. 11. & 12. ff. de Excusat.* definit eos, qui perpetuâ & pertinaci valetudine afficiuntur. *L. unic. C. qui morbo. Paul. Zacchias. in Quæst. Medico-Legalib. l. 2. tit. 3. quæst.*

quest. 14. n. 16 ita definit: qui ob corporis debilitatem promptam habent dispositionem, ut infirmentur facillime & integrâ sanitate non fruuntur: sed sæpillime agrotant, probatq; exinde, quod in l. 2. §. 4. ff. si quis caur. Prægnans Valetudinaria dicatur, quia ex facili ac modicâ causâ præclivis sit ad morbos. Verum non ibi dicitur prægnantem esse valetudinariam; sed illam, quæ post partum decumbit, esse quasi valetudinariam: Quin & adde, quod in ista lege etiam oppositio fiat inter Valetudinariam & prægnantem, Dicitur enim: *si non propter valetudinem mulier non steterit iudicio: sed quod gravida erat, exceptionem ei dandam Labeo ait.* Et l. 14. §. 1. de Edilit. edict. dicitur: illam sanam esse, nisi quid extrinsecus accedat; proprium enim hoc mulierum esse officium. Ergo tunc, cum aliquid extrinsecus accedit, potius valetudinaria dicenda esset, cæterum non item. Est igitur morbus potius inspicendus in actu ipso, quam in potentia, deinde ejus atrocitas vel levitas, ut quis Valetudinarius dici mereatur. Necessario illud igitur iudicis arbitrio relinquendum, cum leges certo illud determinare non possint, secundum Menoch. de Arbitr. Jud. quest. cas. 65. n. 1. quicquid etiam contradicat Zacchias d. l. Tales Valetudinarii & perpetuo morbo detenti miserabilium personarum nomine etiam veniunt. l. unic. C. quard. imp. inter pupill.

5. Postquam Nominis naturam inquisivimus, ad rem ipsam veniamus, ita ut iudicis includamur carceribus, Medicorum autem vineta non cædamus, nisi quantum nobis ad illustrationem necessum erit. Comenius in appendice Physic. suæ: nimis generaliter morbum definit: quod sit Entis aliqua sui parte corruptio & ad totalem interitum dispositio: nam sic quoque rebus inanimatis competeret. Medicis ita definitur: quod sit habitus præter naturam actiones per se manifeste lædens. Dicitur, præter naturam, ut distinguatur ab impotentia naturali, ut: Ventriculus potest esse sanus; licet non concoquat lapides: Additur manifeste lædens, ut tollantur lenes dispositiones, quæ si essent morbi, homo foret in acipathia: Dicitur Per se ad tollendam causam, quæ mediante morbo actionem lædit. Hæc Primeros. in Enchirid. Medic. Non ita multum ab illâ Jurisconsultorum definitio: Ita enim Ulpian. in l. 1. §. 7. ff. de Edilit. edict. Est, inquit, habitus

Cujus absentia non est privatio, illud non est habitus Atq; morbi absentia non est privatio

enjug, corporis contra Naturam, qui usum ejus ad id facit deteriore, cu-
jus causa Natura nobis ejus corporis sanitatem dedit. Nil in ista nostra
est, quod ista Medicorum non habeat; quamvis ampliori utatur cir-
cumscriptio.

6. Definitio hæc tam communis est, ut includat Morbum & Vi-
tium. Sensit enim Ulpianus Ediles tollendæ dubitationis gratiâ bis
xarâ & aist' idem de eodem dixisse d. l. 1. §. 7. ff. de Edil. edict. At
Modestinus in l. 101. §. 2. ff. de V. S. distinctionem fecerat. Dixit enim:
Morbum esse temporalem corporis imbecillitatem, vitium vero perpetuum
corporis impedimentum. Utraque admitti sententia potest, nec ma-
gni momenti est, quicquid hæc de re controvertitur. Medici laxius
vocem Morbi accipiunt & vitium sub morbo comprehendunt: di-
tinguunt enim morbum in tria genera: Similare, Organicum, &
commune: nam sub specie illa, quam Organicam vocant, quæ ma-
tam membrorum conformationem respicit, nostri strictius Vitium
comprehendunt. Estque secundum Medicos, morbus organicus
quadruplex: Compositionis, numeri, magnitudinis, situs. In Com-
positione sunt tres species: 1. Vitiata figura; ut si pars recta fiat curva
& contra. 2. Vitiata superficies ut si pars lævis fiat aspera & contra
3. In cavitate nimium dilatata aut constricta: Numerus vel deficiens
vel excedens: Injusta magnitudo partium: Situs non naturalis. Ja-
cob. Primeros. in Enchir. Medic. Et per tales ~~monstra~~ ^{monstra} siquidem à
Natura contingant, homines monstra potius & vitiosi, quam morbosi
dicendi essent: quandoquidem, quæ Philosophis monstra sunt, Juris-
consulti vitia appellant. Nil igitur necessum est, ut tanquam impro-
bam rejiciamus hanc distinctionem. Contradicit tamen severe Paul.
Zacch. Q. M. L. lib. 2. tit. 3. q. 2. n. 6. & 7. & exinde absurditates elice-
re conatur: primò absurdum putat, quod morbus imbecillum tan-
tummodo corpus reddat, vitium etiam impediatur. Secundò, quod
morbus ad tempus, vitium verò perpetuò lædat: nam 1. imbecilli-
tatem negat esse præter naturam; cum morbus tamen sit præteream;
& non posse esse morbosum, quod est imbecillum; 2. Multos mor-
bos esse perpetuos, multa vitia temporalia. Quoad primum, illi

C. est præter natu-
ram hoc non
est à natura
Atq. monstra sunt præ-
ter nat.

Minor. pb. p. Definit
monstr. qat' h'is
monstr. h'ic q' p'fer
naturâ editu' est aut
percatu'. Et Physic
effecto natus cum
cum insigni defor-
mitate & cæa defi-
ciente et aberran-
te p'ncipio.

Aut monstrum est ens
p se aut p accidens
Sciò p se. E. p accidens
per se non pot. ee, q'a
ens p se p'p'ndit
à cæa p se, se. in-
tendente et natu-
râ inâ ad tale q'
p'ncipiâ ordi-
nata. Ens v. p
accidens ponit
à cæa p accidens
p'p'ter intentionem
p'ncipiente: quale
est monstrum; te-
le clar. in. Ralio
in sua metaphisic.

C. non influit in tale
rei ee p. monstrum
illud non pot absolute ee
causa efficiens Atq natura non influit in tali monstru esse
Cuius non competit Def. eid. n. 2. Atq vitio non comp. D. monstru E. minorem
pho, q'a vitium definit p perpetuum corporis impedimentu l. 101. §. 2. ff. de V. S.
monstru n. q' p'fer naturam et cum insigni deformitate est à cæa deficiente
et aberrante est percatu'. Et l. 14 ff. de stat. hom. ipsa istos liberos q' g'ra for-
ma humani q' p'p'catu' monstruosos et p'p'iosos appellat, non a vitiosis,
obstat etiam l. 135 ff. de V. S. et l. 38. ib.

ad huc probandum est, an vox imbecilli non pro morbo hic sumatur
& tali

ad huc probandum est, an vox imbecilli non pro morbo hic sumatur
& tali

Tertia causa est ad correctionem peccati *ut in d. c. cum infirmitas*.
Quarta causa, ut manifestetur quandoq; gloria Dei, ut in cæco, quem
 Christus sanavit. *Quinta* causa ad initium pœnæ, sicuti in Herode.
fac. text. 7. q. 1. c. cum percussio. *Sexta* mala dispositio corporis; quæ
 proxima causa Efficiens est, cæteræ ut plurimum finales. Cæteras
 causas quæ pro varietate morborum infinitas Protei species æmul-
 lantur, heic intrudere nec scopus nec opus est. Eleganter de quibus-
 dam *Senec. Epist. 94. Multos morbos multa secula fecerunt. Neesse est*
itaq; inter se tam diversa dissideant & hausta male digerantur, aliis alio ni-
tenibus. Nec mirum, quod inconstans variusq; ex discordi cibo morbus est.
 Sed ne extra oleam.

8. Quemadmodum Medici signa Diagnostica habent morbo-
 rum, ex quibus morbum colligunt: Ita & Jurisconsulti, sua ha-
 bent Signa, ex quibus morbum adesse conjiciunt, suntq; Præsum-
 ptiones & Probationes. Considerabimus igitur morborum signa
 in genere. Pro morbo præsumitur 1. si persona annis sit evecta
 & annum septuagesimum attigerit *Alciat. in reg. 1. præsumpt. ult. n. 4.*
vers. potes dicere: Senectus enim multoties in jure cum infirmitate
 æquiparatur, de quo vide *Menoch. lib. 6. præsumpt. 46. num. 1. 2. 3. 5.*
 & tunc senes infirmis æquiparari possunt, quando illi negotio, de
 quo agitur, non magis superesse possunt, quam Valetudinarii ipsi. *ibid.*
n. 22. 23. 24. 25. 26. 33. 2. Si persona semel fuerit morbo isto affecta:
 Sed tamen hic distingendum: Aut enim morbus est sa-
 nabilis, aut non est; si sanabilis non præsumitur illum hodie eo esse
 affectum *Alciat. reg. 2. præsumpt. 19. & Menoch. præsumpt. 44. lib. 6.*
 Si non sanabilis, præsumitur: quod semel eo affectus, adhuc hodie af-
 fectus sit. *Alciat. & Menoch. ll. cc.* Quod si autem sanatur, non facile
 dicit *Menochius* præsumi hoc, quod sanitas talis morbi sit quoddam
 accidens contra ipsam morbi naturam. Accidentia non præsumi,
 3. Si infirmitas sit in dubio, præsumitur longum impedimentum ex
 l. 18. in pr. ff. de judic. ut asseruit *Dec. in c. prudentiam. col. 4. post n. 45.*
vers. Et ad hoc etiam facit textus, de Offic. & pot. jud. deleg. Contra
 morbum præsumitur: Si, qui valetudinarius putatur, coiverit: nam
 apud Jurisconsultos coitus non præsumitur in valetudinario, per ea
 quæ ad-

7.
quæ adducit Mascard. de probat. concl. 312. n. 16. & coitus & infirmitas se non compatiuntur, ut notat Rota in decis. 518. n. 7. Probatur Morbus 1. per Medicorum judicia. Bart. in l. quasitum ff. de re judic. 2. Per juramentum infirmi. Speculat. in §. 7. vers. quid ergo. column. 2. in tit. de appellat. Limiratur tamen 1. si morbus non possit probari per testes Speculat. in sup. cit. loc. etiam domesticos, si alii haberi non possint. Bart. in d. l. quasitum 2. Si personæ qualitas & causæ conditio juramentum non admittat. Specul. l. c. 3. Si alia non concurrant externa indicia Bart. in d. l. 4. Si persona sit suspecta, cui juramentum defendendum. Bald. in l. Eum qui n. 7. in ult. not. C. de Procurat. etenim si suspecta est ejus juramento non est adhibenda fides arg. l. 5. §. 6. ff. de re milit.

9. Morborum divisio pro variis eorum formis & conditionibus varia est, quæ Medicis relinquenda potius est: Nobis enim hæc non quadrat. Occurrunt tamen in jure aliquoties aliquæ divisiones: Modo enim morbus est vel *totalis*; i. e. totum affligens corpus ut Phthisis, Febris; vel *partialis* i. in certo aliquo membro, ut cæcitas &c. l. 1. §. 7. ff. de Edil. edict. modo est vel *Animi*; vel *corporis* vel *utriusq.* simul. l. 1. §. 9. l. 4. §. 4. d. t. modo *fonticus* i. e. qui graviter nocet vel *non fonticus* l. ult. ff. d. 2. l. morbus ff. de V. S; modo *perpetuus*, quando nulla spes sanitatis subest & *temporalis*, qui ad tempus durat l. 22. §. 7. ff. solut. matrim. l. 6. ff. de Edil. edict. & si quæ sunt distinctiones similes. Nos potius singula hæc & quicquid de singulis habemus dicere, ad sequentia capita reservabimus, ubi ista distinctius & accuratius ad rhombum venient.

Partis Prioris Pars Specialis continens quasdam morborum species & eorum effectus.

10. Jam ad quasdam morborum species & Effectuum classes accedamus, quatenus in jure nostro morbi operantur; & hæc omnia considerari possunt vel respectu I. SUBJECTORUM sc. quæ afferant vel onera vel commoda respectu illorum, qui affecti sunt.

II. QVA-

quæ p se actiones
manifeste l. 1. d.
illud o indiget pba
tione
Morbo p se manife
ste l. 1. d. t. 5.
E.

II. QUALITATUM, quæ respectu variarum morbi conditionum & formarum, III. CAUSARUM extrinsecus advenientium. Hæ tres sunt classes, ad quas omnia morborum genera & eorum effectus juridico quidem modo considerati, commodissime transferri possunt.

Membrum I. de Subjectis.

I. Subjecta sunt I. HOMINES. II. BRUTA.

Articulus I. de Hominibus.

12. Morbi Hominum considerantur respectu trium objecto- rum juris 1. respectu Juris Personarum. 2. Rerum. 3. Judiciorum.

13. Personæ considerantur respectu 1. Essentialium constituen- tium. 2. Sexus. 3. Status.

14. Morbi Personarum respectu essentialium constituentium consideratarum sunt, vel Animi vel Corporis, vel Utriusq, simul.

15. Distinctio hæc desumpta est ex L. 1. §. 1. 4. §. 4. ff. de Edili- tio edict. quam & antea thes. 9. indicavimus. Ast, si rem ipsam inspi- ciamus, & scapham scapham appellemus, accurata hæc non est, cum nullus Animi, quam vocamus, affectus tam solitarius sit, qui non à corporeis procedat causis, aut saltem corporeas operationes habeat comites Sealig. Exerc. 307. 5. Mens, inquit, implicita corpori per ejus of- ficiales atq, administras partes recipit impressiones. Fit ergo tum talis, quales illæ sunt. Ita in tenebris pavitant Melancholici, quia spiritus atri sunt, non anima. Quomodo Passiones excitentur in animâ benefi- cio corporis & spirituum, more suo subtiliter tradit Illustris Renu- des Chartes, in aureo de passionibus Animæ libello part. 1. Art. 36. Nullus igitur morbus vitiumve, quantillum etiam sit, ex corpore quoque non oritur. Sumamus enim vel levissimo vitio affectos, ut sunt: fatui, stolidi, Obliviosi, &c. Omnes illi ex malâ constitutione humo- rum hæc habent, ut plurimum enim hic in causa est Phlegmatis ab- undantia Commen. Physic. cap. II. th. 6. Expl. Oblivio ut plurimum à morbis longis ac sævis oboritur, ut de Messalâ Corvino narrat eye- nisse Plin. Nat. hist. lib. 7. c. 24. uti quoq; ex Peste illâ sævissimâ, de qua Lucret. lib. 6. de Rer. Natur. dicit:

Atq;

quod in afficit
animum et in eo
subjectum illud
est animus ascribenda
Mendacium in affi-
cit animum l. 65
b. 1.
E.

Atq; etiam quosdam cepere obliviam rerum
Cunctarum, neq; se possent cognoscere ut ipsi.

Intelligenda igitur est hæc distinctio tantum κατὰ τὴν, quatenus in animo & ejus defectu visibiliter hi affectus se exerunt, & corpus notabili aliquâ imbecillitate non tenetur.

16. Morbi & Affectus animi ab Antiquis uno vocabulo *Insania* vocabantur, seu graviore, seu leviores & quæcunq; mentis ægrota-
tio, quasi dicas insanitatem *Connan. lib. 9. c. 4. n. 10.* Et ejus rei apud Ciceronem testimonia sunt sat multa: Hinc Sanitas apud illum semper dicitur animorum, non corporum. Quod vox illa graves animi affectus noter ut Furorem & alios, non eget probatione, cum hoc notissimum sit. Ad Leves sæpissime transfertur. *Cic. lib. 3. Tusc.* Sannos, inquit, intelligimus eos, quorum mens motu, quasi morbo, perturbata nullo sit. *Ibidem:* Sanitatem animorum positam in tranquillitate quâdam constantiâq; censebant, his rebus mentem vacuum appellaverunt insaniam. Sic sæpissime stolidos & fatuos insanos vocamus, Hinc insanire pro iratum tumultuari: Insaniens pro eo, qui est impotens iracundia *Terent. Adelp. Act. 4. Sc. 2. vers. 33.* Hinc insanire specialiter significat excedere modum in sumptibus, vide *Taubmann. super Plaut. Milit. Glorios. Act. 3. sc. 1. v. 159.* Hinc Insanus morosum & difficilem significat, quemadmodum insanus appellatus est olim Domitius, insignis Grammaticus, quoniam natura erat intractabilior & morosior. *Gellius. lib. 18. cap. 7.*

17. Affectuum igitur animi generale nomen erit *Insania*, cum quo etiam facit *Celsus lib. 3. Medic. cap. 18.* & ex Juritconsultis *Menoch. Consil. 82. n. 193. vol. 1. Paulus Zacch. Q. M. L. lib. 2. tit. 1. q. 1. n. 4. 5. 6. & c.* in contraria est sententiâ, ubi ex quibusdani Medicis probare nititur contrarium, quod *Insania* speciale nomen sit, quo major & vehementior animi motus describatur, non autem leviores affectus. Sed probat ex Græcis ut plurimum, cum Latina vox erat. Nos antea & diximus & probavimus, *Insaniam* non solum de vehementi animi morbo; sed etiam de levissimo animi defectu acceptari. Substituit autem ille *Dementiam* pro generari vocabulo, quæ vocis plane est impropria significatio, si Ciceroni credimus qui 3 *Tusc. quæst.* definit illam: quod
B sit asse

fit affectio, lumine mentis carens, cum non integra mens est & sana; tueretur tamen mediocritatem Officiorum & vitæ communem cultum atque usitatum. Adde quod Jurisconsulti Melancholicos & Mente captos Dementes strictè vocent, ceu infra apparebit. Aliàs quoque demens est is, qui nescit exprimere, quid velit aut nolit. *c. Pastoralis de Cleric. agrot. in 6.*

18. Signa, Præsumptiones & Probationes Affectuum Animi defumuntur, vel à morbo ipso; vel ab ejus circumstantiis. 1. *A morbo ipso.* Ubi notandæ veniunt istæ vulgatæ, conclusiones: Semel furiosus semper prælucitur furiosus. *Archidiac. in cap. Filii. num. 1. de heret. Alex. Consil. 92. n. 6. vol. 5. Mascard. conclus. 39. n. 1.* Demens de præterito præsumitur etiam demens de præsentì. *Farin. Consil. criminal. 151. n. 14.* Hæ Regulæ procedunt in ægritudine naturaliter durabili. *Alciat de Præs. reg. 2. præf. 19. n. 1.* Sed limitantur 1. in dementiis, quæ cum febre eveniunt, aut cum alio morbo, quem febris comitatur, ut in Phrenitide, Lethargo &c. ratio est; cum tales amentia sint tantum *συμπνοματὲς* & cito transeant 2. in momentaneis dementiis; nam ut ex conclusiones veræ sint, evinci debet, fuisse aliquem amentem per tempus successivum, mensem, annum &c. vide *Mascard. d. l. n. 8.* 3. In iis dementiis, quæ ex consensu aliarum partium, non vero principaliter ex morbo, per essentiam in cerebro existente, proveniunt. *Zacch. d. 11. lib. 6. tit. quest. ult. 2. A Morbi circumstantiis extrinsecis, quæ consistunt 1. in Actionibus. 2. in Dictis Infanti. Actiones sunt vel naturales vel civiles. Ex Actionibus Naturalibus varie agnoscitur Affectus, ut: quando quis lapides projicit per viam *Gloss. in l. si cum dotem. §. si maritus. ff. solut. matr.* si per viam lutosam incedat, cum per bonam posset ire, *Menoch. Conf. 82. n. 228. lib. 1.* quando turpia & inhonesta publice facit *Grammar. conf. 16. n. 8. in criminal.* Ex Actionibus Civilibus: ut si quis uno prope tempore bona sua dilapidavit, ea vendendo vili pretio, vel sine causâ donando. *Paris. in conf. 87. n. 19. lib. 3.* Ex Dictis: si quis loquitur verba inordinata, fatua & similia *c. legimus 93. dist. 1. 4. §. 1. ff. de Edil. edict.* quando quis ad rem non respondet, ut si de unâ re interrogetur, de alterâ respondeat. *Geminian. in cap. 1. §. si verò. de cler. agrot. in 6.* Sed hæc indicia & præsumptio-*

priones latius diducunt *Mynsinger. 3. observat. 77. Mascard. de probat. Concl. 824. 825. 826. 827. Menoch. de præsumpt. lib. 2. præsumt. 75. n. 57. Mayne ad l. 5. de R. l. n. 4. Ludov. Gilhaufen Arb. Jud. Civil. cap. 6. part. 7. §. 148. & accuratissime Zacch. Q. M. L. lib. 2. tit. 1. quest. 3. ubi hæc prolixissime tradit.*

19. Morbi animi sunt vel *Leves* vel *Graves*, *Leves* sunt: *Fatuitas*, *Stoliditas*, *Stultitia*, *Stupiditas*, *Memorie defectus*.

20. *Fatuitas* pro simplicitate ac animi puritate usurpatur à Canonistis *c. pen. de his quæ met. caus.* Fatuos insulsos interpretatur *Donat. in Eun. Terent. Serv. in 7. Æneid. inconsiderate loquentes*, à *Fatua* Fauni uxore, quæ hoc nomen à *fando* i. e. vaticinando sortita est. Tradit quoq; originem *Justinus lib. 43. c. 1. ubi Thyfus*. Ergo *Fatui* dicuntur proprie, qui *fando* suam ostendunt imperfectionem *Bart. de Testib. n. 98.* Atq; inde quidam distinguunt fatuum ab insulso, ut illud sit verbis & dictis, hoc corde & animo. Horum aliquot exempla habet *Ælian. lib. 13. variar. hist. cap. 15.* & graphice illos depingit *Erasm. lib. de Lingv. usu & abus. p. m. 144.* Insuper *Fatuitas* est memoriæ cum ratione diminutio, ut placet *Paulo lib. 3. sue Med. cap. 11.* quam obrem de his intelligendum dictum illud *Jureconsultorum*, quod *Fatuus* præsumendus sit, habens memoriæ inordinatam *Alex. in l. 39. §. 7. ff. de Legat. 1. & in l. 22. §. 7. ff. solut. matr. Zacch. Q. M. L. lib. 2. tit. 1. §. 7. n. 33.* Quidam *Jurisperiti* dividunt *Fatuos* in eos, qui habent *judicium*, quantum puer 14. annorum & in eos, qui vix *judicio* æquant puerum decennem *Tessaur. decis. 92. num. 4. Godd. de contr. stipul. cap. 7. concl. 9. n. 110.* *Jure Lubecensi* *Rindische* dicuntur ex sententia *Magnificentissimi Dn. Mevii lib. 1. tit. 7. art. 6. n. 28.* Vide & *Menoch. de A. l. Q. cas. 529. n. 2.* ubi illos ex *Syracide* aliter dividit: Sed hæc parum ad nos.

21. Affinia sunt his genera *Stolidi* & *Stulti*. *Stulti* à *Fatuis* differunt *Isid. l. 10.* Ego me ipsum *stultum* etiam existimo, *Fatuum*; esse non opinor, id est: obtulis quidem sensibus, non tamen nullis. *Stolidi* *Stolones* quoq; dicti in quâdam *Auson. Epistolâ*; adnotante *Türneb. Advers. lib. 2. cap. 23.* *Stultitia* est inconstantia sanitate vacans, ut tradit *Connan. 9. Comm. 4. n. 10.* seu: ut *Lactant. lib. 2. divin. Instit.* definit: *Stultitia* est in factis dictisq; per ignorantiam recti ac boni, erratio.

Refertur tam ad Juris imprudentiam, quam ad Facti errorem. Sic stultus est, qui emittit hereditatem, quæ solvendo non est l. 3. ff. ad L. Falcid. Stultissimus est, si omittat actionem, quæ facillime solidum ex contractu consequi possit, se ad difficultatem perducatur probandi, in rem domini verum esse. §. Ceterum s. Inst. Quod cum eo qui. De his dicitur: 1. Stultis non solet succurri, sed errantibus l. 9. §. 5. ff. de l. & F ignorant. 2. Non melioris conditionis sint stulti, quam periti l. 2. ff. Quod vi aut clam. Bart. in l. Quod Nerva. 32. in 3. Opposit. ff. depositi. Et ne impænis quidem, quod quatenus verum sit, vide cap. nisi specialis, juncto Bald. de Off. Legat. Syntagm. Jur. Tholosan. lib. 13. c. 5. n. 12. 3. Stulte interroganti non semper respondendum civiliter. Bart. & Bald. in l. 27. ff. de Testam. Johannes Dauth. in comm. de testam. fol. 731. Quatenus interroganti stulte, non semper civiliter sic respondendum, vide Cravettam consil. 679. Joh. Bapt. Weber. distinct. Bartoli. 668. fol. 910. In quantum stulte quid monstranti civiliter respondendum, aut interpretanda monstratio, vide l. 2. §. 4. verb. decem constitui. junct. Accus. in gloss. sub lit. H. ff. de Origine Juris. ubi tradit: quod stultis stulta quærentibus stulta debeatur responsio. Nevius add. l. 27. n. 2. ff. de Testam.

22. Inter stultos quoque connumerari debent: Surdi, Muti & Cæci à Naturâ, uti & Muti & Surdi simul. Oportet enim illos fatuos esse, cum mediis careant, quibus ad perfectionem intellectus perducitur: Est enim auditus quasi porta mentis, animusque humanus, non nisi consuetudine & disciplinâ, quæ ex auditu habetur, perfici potest.

Igitur Jurisconsulti illos infantibus & furiosis æquiparant & absentium loco habent Bart. de Testib. n. 97. Farinac. pract. crimin. part. 2. tom. 1. quest. 98. lib. 3. n. 193.

23. A stultis aliquantum recedunt Stupidi & per eos denotantur, homines simplices, mediocres, rustici, & illiterati, quorum intellectus est rudis & imperfectus. Tales excusantur à Tutelæ onere. §. 8. Inst. de Excus. Tut. Possunt contrahere. Scheplitz. prompt. Jur. tit. 12. n. 14. Possunt testamentum condere, attestante Viglio in §. item Furiosi n. 2. Inst. quibus non est permis. fac. test. & Magnific. Dn. Merio in l. L. lib. 2. tit. 1. Artic. 1. n. 19. Illis jura maximopere favent. Hinc docuit Cardinal. in Clem. 2. in 2. notab. de penit. & remis. Simpliciter succurren-

Emortui non afficit animi sed corpori non potest aut morbis accenseri
 Atq. surditas, cæcitas etc. sunt morbi corporis
 Si Cæcus q. p. Exempl. notis eff. sunt solent. si surditas non possunt inter stultos connumerari
 Atq. cæcus est p. r. & p. pag. de fo. 33. lin. 21. ubi dicitur q. si surditas data sine tibi

currendum esse, & in *Clem. 1. q. 39. de privilegio*, quod aliquando excuset à delicto. Judicis tamen arbitrio ista determinatio est relinquenda. *Barba. cons. 6. col. 9. in fin. lib. 4.* Ad hanc classem referuntur omnes ii, quibus vel ratione ætatis, vel sexus, vel conditionis, defectus rationis est, ut sunt: Pueri & Minorenes, Femine, Rustici. De quibus singulis jura bene multa constituta, quæ huc trahere, nimis foret operosum. De quibusdam satis bene *Paul. Zacch. lib. 2. tit. 1. q. 5. per tot.* De Pueris *Mench. A. I. Q. cas. 427. n. 11. n. 13. cas. 426 n. 4.* De Minorennibus *cas. 171. & passim. Dn. Carpzov. in Pr. Cr. p. 3. q. 143.* De Feminis prolixè *Frid. Bruckman. in tractat. de different. utr. sex. Aymo Cravetta. de mulier. indemnitat.* De illarum jure *Martin. Benckendorff. Joach. Wiebelius. Dn. Carpzov. Eichel in l. 2. l. 110. §. 4. ff. de R. I.* De Rusticis & eorum privilegiis uberrime peculiari tractatu *Renat. Chopin. & Menoch. de A. I. Q. cas. 194. per tot.*

24. Memoria defecti ab Obliviosis videntur distinguenda: Obliviosi proprie igitur illi sunt, qui difficulter rerum memoriam conservant: Memoria vero defecti, qui nullam omnino, nec multo, nec paulo antè præteritorum, conservant memoriam *Zacch. Q. M. L. lib. 2. tit. 1. q. 7. n. 42. & 43.*

25. Signa memoriae labefacta sunt 1. *Temporis diuturnitas.* Hinc sunt, qui existimant, per lapsum Decennii oblivionem præsumi *gl. in l. licet C. de acquir. poss.* quod quidam locum non habere volunt, cum quis juravit. *Marc. Anton. Bavaria. in tract. de vi juram. c. 14.* Quandoq; per annum oblivio præsumitur *l. 28. ff. de probat.* 2. *Longa absentia,* unde sæpe præsumitur ea nasci, *l. 36. §. 1. ff. de Usucap.* 3. *Negotiorum multitudo.* Sic in Principe, Officiali, vel alio multis negotiis implicato, facilius oblivio inducitur & præsumitur, ut docuit *Ripa in l. quod jus sit. num. 47. ff. de Re Judic. Alex. Consil. 214. part. 2.* Hinc in Notario magis præsumitur oblivio, quam falsitas *Arein. in Cons. 47. num. 3.* Omnium enim rerum memoriam habere, potius est divinitatis quam humanitatis *l. 2. §. 14. C. de Vet. Jur. enucl. Arum. in præfat. tractat. de Morâ.* Sed melior est sententia eorum, qui totum hoc Judicis arbitrio committendum putant, quanto tempore oblivio inducatur, qui ratione Personarum, Sexuum, ætatum, negotiorum, infirmitatum, melius omnia

omnia hæc dijudicabit & dispensabit, ut recte sentit *Menoch. de A. I. Q. cas. 26. n. 2. &c.* Vide & *Mascard. 3. de probat. concl. 11.*

26. Memoria qui planè sunt orbari, non idem juris habere debent, quod obliviosi: Nam priores, illi sine dubio recte contrahunt, testantur, bona sua administrant, quod quidem difficulter de illis, qui memoria orbari sunt, affirmandum. De iis disputandum adhuc est; an ad officia publica admitti debeant, cum in publicis officiis & prudentia & rerum exquisita memoria opus sit; an ad testimonium dicendum apti sint &c. Igitur necessario hoc arbitrio iudicis relinquendum est, ut recte sentit *Zacchias Q. M. L. lib. 2. tit. 1. q. 7. n. 46. & seqq.*

Quicumq; exquisita polleat
memoria non possunt
inter memoria or-
baros referri
Iracundi, Ebrii etc. polleant
exquisita memoria

27. Huc pertinerent jam omnes, qui ex commotione aliqua animi in mentis defectum incidunt, ut sunt *Iracundi, Ebrii &c.* Sed cum hoc pertractare nimis prolixum sit, hic absolvendum non erit. Videantur potius ii, qui hæc vitia & eorum jura luculentius proponunt.

28. Morbi Animi graviores sunt: *Melancholia, Amor, Furor.*

29. *Melancholia affecti Jurisconsultis nihil aliud sunt,* quam mente capti, ceu satis probat *Paul. Zacch. Q. M. L. lib. 2. t. 1. q. 9. n. 3. & seqq. & num. 16.* abunde. Nec obscure illud innuit *Ludov. Gilhaus. Arb. Iud. Crim. cap. 2. tit. 34. § 4. n. 4.* Mente captus, inquit, à furioso in hoc differt, quod furiosus animi rabie agatur atq; vexetur, & ob id furiosus dicatur, quasi mens extra se feratur, unde mentis remota dicuntur, qui furore agitantur. Mente vero captus is est, cui pars rationalis animæ vitiata est, nec, ut ille, animi rabie agitur; sed quiete agens nulla furoris indicia ostendit. Hi à dementibus non differunt, quod probat *l. 25. C. de Nupt.* ubi eum, quem mente captum, ad furiosi differentiam, appellavit, mox dementem nominat. *Borcholt. ad §. Furiosi. in fin. Inst. de Curat.* Furiosos, inquit, Græci *μωροὶ* & *ἀνοήτοι* appellant. Ac omnis furiosus est mente captus sive dementis, sed non omnis mente captus sive demens est furiosus. *scurph. consil. 24. n. 2. cent. 2.* addit, quod differant ut excessum & exceedens, ejus distinctionis vim sane non capio. Vide de his *Gödd. de contr. stipul. cap. 7. concl. 9. Mascard. de probat. concl. 502. 826. & 1048. Petr. Gregor. Tholos. 13. Syntagm. jur. cap. 5. Menoch. 6. præsumpt. 15. num. 16. Heig. lib. 2. quest. 38.*

30. Melancholicis non inepte adjungi possunt *Dormientes & Noctambuli*: nam & Jurisconsulti eos furioso & absenti æquiparant. *Menoch. de A. I. Q. cas. 327. n. 5. Caballus in tract. de omni genere Homicid. n. 182. c. 1. Clem. de Homicid. Tirag. de pæn. tempor. caus. 5. n. 2.*

31. *Amantes* (intellige insane & perditæ) inter Melancholicos connumerantur. Amor enim sollicitudo est Melancholica similis Melancholiæ, quia non aliter, quam aliæ passiones quævis Melancholica, Amor prævertit judicium rationis, ut Medici cum aliis fatentur; & ex jure peritis *Bald. in l. 2. §. 24. ff. de Origine Juris.* Aptissime definit hanc passionem *Hucher. l. 4. de sterilit. cap. de hilitris.* Amor, inquit, dicitur atrabilaria, hoc est, Melancholica quædam animi desipientis ægritudo, pulchritudinis alicujus imagine & iniquâ æstimatione perciti & perturbati. *Zacch. Q. M. L. l. 2. t. 1. q. 10. n. 1. & seqq.* Talis autem Amor nihil aliud est, quam furor vehemens, quem retinere, philosophiæ est perfecta monentis & insipientem atq; in hærentem concupiscentiam refrenantis. *Nov. 74. cap. 4. vers. Novimus etiam.* Hinc est, quod tradit *Simanch; de Cathol. Instit. tit. 17. rubric. de desens. reor. n. 45. ex Aristot. lib. 2. magn. moral. cap. 6.* duas esse ejus incontinentiæ species: *Unam* prorumpentem & improvisam, sive confestim provenientem, *alteram* vero imbecillitatem quandam, quæ cum ratione avertente insurgit. Prior illa est, quæ furori comparatur. *Carptz. Fr. Cr. p. 2. q. 61. n. 62.* Amans comparatur ebrius *gloss. Inst. de succ. snbiat. §. 1. verb. bacchata.* furioso d. *Nov. 74. cap. 4.* imo & fere ipsam vitam perdit: nam amans in alio corpore vivit. *Mascard. de probat. concl. 89. n. 3. vol. 1.* Hinc Amans à rebus agendis eliminatur, ut tradit in terminis contrahendæ societatis *Felic. de Societat. cap. 7. n. 11.* Hinc excusatur, si aliquid amoris impetu fecerit. Sicuti enim ebriis, furiosis aliisque, ex animi perturbatione aliquâ vel impetu delinquentibus, ignoscitur: sic etiam ignoscendum est ei, saltem ut mirius puniatur, qui amoris impetu deliquit. *Oldrad. cons. 210. n. 4. Alberic. in rubric. C. de heret. n. 12. in fin. Et Clar. 5. sent. q. 6:* Amorem responder plane à pœnâ non excusare; sed tamen eam elevare, cum id quasi furiosus vel demens fecisse videatur. *Carer. in pract. crim. §. fin. q. 60. n. 7. vers. Est & Amor.* Quod quomodo in quibusdam delictis procedat, docet

publico iudicio con-
demnatus sit infamis
ex stupro damnatus
da iudicio publico
§. 4. 7. de
Publ. iud.

docet Farin. part. 3. pr. crim. quæst. 98. n. 81. & seqq. Hinc scriptura
reliquit Joh. Fabri. in §. Soror. Inst. de Inoff. Testam: Mulierem infamem
meretricemve non esse, nec turpem personam, si amore vehe-
menti capta, sui copiam amanti fecerit; & ob id ait, à testatore insti-
tuti posse, etiam fratre vel sorore præteritis. ex d. §. Soror: quoniam
meretrix illa proprie dicitur, quæ quæstum meretur, vel absq; quæstu
palam se prostituat l. 43. §. 3. de ritu Nupt. c. Vidua dist. 34. ubi ridicule
glossa addit, quod illa sit meretrix, quæ admiserit 23000. hominum,
quod & Plaut. in Mostell. confirmat: *Matronæ non meretricum est uni
inservire amanti.* Rationes multas argumentaq; cumulavit hæc de re
Menoch. de A. I. Q. cas. 328. à n. 3. usq; ad finem, quæ lectu non sunt inelegan-
tia. Ratio non invalida est, quod Mulieres in libidinem sint pronæ,
ut illud late diducit. Burch. Berlich. de Jure Noverc. n. 398. & cc. De
Amore scripsit inter alios Petr. Heig. lib. 2. q. 8.

32. Signa & Præsumptiones Amoris sunt: Mulieris pulchritudo;
Rota in noviss. decis. 338. n. 4. part. 1. frequentatio viarum insuetarum.
Paris. cons. 10. vol. 2. num. 32. Indumenta & Ornatus elegantiores & c.
Cætera à Medicis petuntur.

33. Venio nunc ad Furorem & Furiosos. Furorem Cic.
3. Tusc. definit; quod sit mentis ad omnia cæcitas. Furiosus est in-
sanus furore agitato; Mente captus, qui quiete degit; ceu eleganter
definit Corvin in Posth. Pacian. lib. 4. desin. 156. Eorum nulla certa est
voluntas l. 40. ff. de R. I. nulla certa vox l. 7. pr. C. ad Sc. Trebell. nullus
sensus l. 22. §. si maritus ff. solut. Matrim. nullus consensus l. 2. C. de contr.
Empt. nullusq; affectus l. 1. §. 6. ff. Ne vis fiat. pro mortuis tere l. 7. in fin.
ff. de bonor. poss. furios. l. Bonorum ff. rem ratam haberi. absentibus &
quiescentibus per omnia habentur. l. 125. ff. de R. I. l. 2. ff. de Procurat.
Magnific. Dn. Mev. in l. L. lib. 1. tit. 7. art. 6. n. 24. lapidi æquiparantur
Bart. in l. 1. §. item acquirimus ff. de acquir. poss. Nunez. res. 35. n. 4. col. 2.
pro ignorantibus habentur l. 4. ff. de divor. pro pupillis, dormienti-
bus & c. Camillus Gallinius in tr. de V. S. lib. 5. cap. 16. n. 194. Bøer. decis.
23. n. 47. Furiosi in jure nostro duum sunt generum; unum eorum,
qui in perpetuo furore sunt, qui (ut ait Macer) l. 14. ff. de offic. Præsidi.
continua mentis alienatione omni intellectu carent; alterum eorum,
quo-

quorum furor intermissus est & qui dilucida habet intervalla, seu inducias *l. 22. §. 7. ff. solut. matr. & l. 20. §. nec furiosus ff. qui testam. fac. l. 6. C. de curat. furiosi*. ubi furorem perpetuum, continuum vocat furoris infortunium; Intervallarem, morbum cum laxamento; Intervalla ipsa, confinium furoris & sanitatis.

34. Vidimus hæcenus morbos solius animi, nunc illos animi morbos considerabimus, qui in corpore se quoque exerunt illudque simul infestant. Tales sunt: Phrenesis, Apoplexia, Epilepsia, morbus Lunaticus, Rabies, Delirium ex assumpto veneno, ex Philtris, Morbus Dæmoniacus, Fanaticus & plures alii.

35. Phrenesis proprie ita dicta, est perpetuum delirium cum Febri, uti illud definiunt & Medici & Jurisconsulti *l. 1. §. 9. in fin. de Edil. edict.* cum propter febrem loquimur aliena. *l. 4. §. 1. d. t. De Phreneticis omnia vera sunt, quæ de Furiosis: nam & adeo sunt mente alienati, ut ignorent, quid agant. Rodericus Svarez. allegat. 2. num. 7. Menoch. consil. 31. num. 29.* Huic affinis est morbus Paraphrenesis, qui est intervallaris & tempore paroxysmi, furori itidem æquiparatur.

36. Apoplexia est repentina omnium sensuum ruina. Germ. *der Schlag*. In Apoplecticis omnia sine dubio locum habent, dum in accessu est, quæ obtinent in furente, absente & mortuo. Sed qui ex forti Apoplexiâ evadunt, quod tamen raro fit, per totam ut plurimum vitam infatuantur, qui ex levi, per aliquod tempus, testibus Medicis. Ideo Jurisconsultis videndum, annon actus illorum suspecti sint, & an ad omnes admittendi, an quæcunq; ab illis fiant, legitime fiant. Quod Judicis arbitrio relinquendum. Quia & putat *Zacch. Q. M. L. l. 2. r. 1. §. 14. n. 10.* ad alicujus fatuitatem probandam, maximam præsumptionem facere, si constet, illum Apoplexia non adeo levi detentum fuisse.

37. Epilepsia est totius corporis convulsio, cum mentis & sensuum ablatione. *Galen. 3. de loco affect. c. 7. class. 4.* Epilepticus sanus non est, ne quidem his diebus, quibus morbus vacat. *l. 53. ff. de Edil. edict.* & ibi vocatur, morbus comitialis. Rationem ejus nominis & aliorum

aliorum vide *ep. Gothof. ibid. in notis. Tradit Bertachin. de Episcop. l. 2. cap. 45.* Epilepticum non posse eligi in Episcopum. *Gartz. de benefic. part. 7. c. 12. n. 20.* Epilepticum non posse obtinere beneficia ordinem requirentia, quia neq; ordinari possit & ad sacra promoveri *Gloss. in c. 1. caus. 7. q. 1.* Imo, quod neq; promotus possit administrare. *Paris de resignat. benefic. lib. 5. quest. 65. n. 105,* quod tamen de forti Epilepsia tantum intelligendum esse monet *Zacch. lib. 2. quest. 14. n. 21. & c.*

38. Morbus Lunaticus est idem ferme cum Epilepsia: sed in hoc differt, quod veniat ad Lunæ motum, quamvis hoc nomen non solum Epilepsia, sed in genere omnibus morbis, ad Lunæ motum se dirigentibus, applicari posse adducat ex *Spigelio & Brissonio Calvin. in Lexic. Juridic.* verbo hoc. Sane nil impedit ita accipi in *l. 43. §. 6. ff. de Edilit. edict.* Cæterum Lunatici non alio, quam Fatuorum jure frui possunt.

39. Rabies ut plurimum venit ex morsu canis, & *Festus l. 16.* hunc morbum caninum vocat. Unde qui à cane rabido mordetur, redduntur rabiosi. In Jure nostro, vox illa interdum pro impotente furore sumitur. *Sic l. 2. C. qui test. fac. poss.: Sed aut impatiens doloris, aut furoris rabie constrictus, se præcipitem dedit.* Ad Melancholicorum classem referendi sunt juxta sententiam *Zacch. d. tr. l. 2. t. 1. q. 18. num. 25.* Si tamen omnino furentes evadant, ut cæteri furentes habendi.

40. Delirium ex veneno dato nonnunquam oboritur. Talia autem venena propinans, si mors subsequatur, sine dubio, Jure Civili, capitis supplicio afficiendus & si dignior persona est, deportanda est *l. 28. §. 9. ff. de pæn. Const. Carolin. artic. 130* rotà contunduntur. Et licet mors non fuerit subsequuta, eadem afficiendos esse poenâ vult *Didac. Covar. in Clem. si furiosus part. 2. in pr. n. 6. vers. præter de Homicid.* propterea: quoniam tunc, cum ex latere conantis delictum, nihil superest agendum ad criminis perfectionem, tum conatus in se nomen delicti perfecti habeat *Bald. in l. 5. C. de Accusar.* à quâ tamen sententiâ discedit cum alijs *Carpetzov. part. 1. prax. Crim. q. 2. num. 43. 51. & 54.* Quid ergo statuendum de illo, qui in hunc finem propi-

Quæ Morbus cæcæ sensus auferit et tollit, ille morbus fatuorum jura optinet. cadere Morb. Lun. est talis morbus. E. minorem pb. p. defia epilepsia cum lunaticis morbis idem sit cum Epilepsia

propinaverit venena, ut infatuetur? Jus Civile adversus illum actionem Injuriarum dat. l. 15. pr. ff. de injur.

41. Delirium non raro ex Philtris datis accidit. Philtrum autem est, quod aliàs poculum amatorium vel amoris vocatur l. 38. § qui abortivus ff. de pœnis, quod tamen Calvin. in Lexic. sub hâc voc. confundit cum speciebus ingredientibus ipsum philtrum, dum illud ira definit: Poculum amatorium, est portio ex Philtris aliisq; herbis ac rebus, ad excitandum amorem, alicujus viri, vel feminæ, confecta. Hæc furorem &, ut plurimum, mortem ipsam conciliant, secund. Ovid. lib. 2. de arte amand. Philtra nocent animis vimq; furoris habent. Non tamen, qui illa propinat, cum mors insequitur, pœnâ capitali plecti debet, licet multi contrarium statuunt per d. l. & d. § ff. de pœnis Paul. Chirland. in tract. de Sortileg. q. 12. n. 3. Sed illis non adscribit Carpiz. in Pr. Cr. p. 1. q. 21. n. 16. & ad d. l. reponit: non ibi de simplici philtro dici, quod conciliandi tantum amoris gratiâ datur, sed de tali Philtro, quod Amasæ, ad impediendam conceptionem, ob libidinem securius explendam, adhibetur, ut genitura simul impediatur, & tunc dolose fecisse judicandus est pœnâq; dignus est. Extra hunc casum autem, extra ordinem, relegatione puniendus est arg. l. 3. §. 2. in fin. ff. ad L. Cornel. de Sicar. quæ tamen pœna asperari potest, si vel ad adulterinum congressum, vel ad alium nefarium coitum directa sit intentio, vel si magis prohibitis utatur aliquis mediis, quemadmodû fustigationem cum perpetuâ relegatione fuisse dictatam alicui feminæ, quæ magicis artibus, ad conciliandum sibi alicujus amorem, usa fuerat, refert Dan. Moller. ad Constit. Elect. Aug. 2. n. 6. part. 4. Carpiz. d. l. n. 20. De Philtris vide ulterius, quid habeat Majol. dier. canic. tom. 2. colloq. 2. fol. 634. Riccius prax. Eccles. fol. m. 726 Besoldus thesaur. practice voce êiebtrâncklein/ Speckhan. cent. 3. al. 2. q. 5. Menoch. de A. 1. Q. cas. 358.

42. Dæmoniâci sunt à Diabolo obsessi. Hi Furentibus & insanis sunt æquiparandi, quia mens in istis, ut in illis, ex Dæmonis opera alienata est. Igitur ab Ordinum susceprione & administratione perpetuo excluduntur. Paris. de resignat. benefic. lib. 5. q. 6. n. 49.

43. Fanatici sunt, qui qs. quodam furore correpti, insanis oracula fundebant. Dicuntur &, qui atræ bilis abundantia caput jactant.,

Fanatici, Hi, quando habent intermissiones, sani existimandi sunt, Sic per l. 1. §. 9. ff. de Edilit. edict. idcirco servus, qui solummodo per circuitus quosdam ac de raro fanaticus videretur, pro sano pronunciat, ubi vide Gothofr. explicatorem latiore hujus vocis originem. Zacharias d. l. Budæum reprehendit, quod Fanaticum non distinxerit à Dæmoniaco. Sane, si quoad nomen illos convenire dixit, nil erravit; Notum enim est: Dæmonium *μῆστρον* esse vocabulum & numen aliquod in genere significare, sive bonum, sive malum; nam uterq; & Fanaticus & Dæmoniacus Dæmonio quodam sive numine sunt perciti: nam & Autor Synopses Epilepsiam, sive comitalem morbum, vertit *δαίμωνιζομένην νόσον*, quo tamen affecti, nullo numine agitari videntur. Tales ad nullos adeo dementes referendi sunt, cumq; intermittit hic paroxysmus, sani sunt habendi.

44. His jam recensitis speciebus affectionum Animi, quarum in Jure nostro mentio est, accenseri debent species in illo non contentæ, ut ad illorum similitudinem & de cæteris congrue jus dicatur. arg. l. 12. 13. ff. de legib. aut Medicorum judiciis stetur arg. l. 12. ff. de Stat. Homin. 1. Fatuis sunt annumerandi licti à Fulmine, qui, si restituantur, per totam ut plurimum vitam infatuantur. Congelati, Caraleptici & Siderati, qui sensu ac motu omni destituuntur & rationalem partem non modo læsam; sed pene oblitteratam habent insimulq; etiam memoriam. Syncopizantes seu Lipothymi, qui deliquium mentis patiuntur, dum nempe illo affectu tenentur. 2. Ad Melancholicos referendi sunt Hypochondriaci, qui delirant ex Hypochondriorum morbo & intemperie. Lymphatici, qui ex vanis pavoribus & apparitionibus nonnunquam in Melancholiam incidunt. A Tarantula morfi, quæ est genus Aranæ, à Tarento, Appuliæ urbe, ita appellata: De hujus rei mirificis effectibus, scribit Jonsion. *Thaumatogr. class. 8. c. 23.* Scaliger *Exerc. 185.* & uberrime ex omnibus Athanas. Kircher. in *sine tractat. de Magnetism.* Hos, cum circa unum objectum plerumq; insaniant, ad Furiosos non poterimus referre: Igitur ad Melancholicos referamus, cum Ardoin. de Ven. lib. 8. c. 5. Ad Dormientes referendi sunt Lethar-

Lethargici, Carotici, Comatosi. 3. Ad Furiosos spectant Lycanthropici, Cynanthropici & similes, qui se canibus & Lupis associant, omnesq; eorum functiones perpetrant, quo morbo Nabuchodonosor quibusdam affectus fuisse videtur. Præstigiati, qui à Dæmoniis non multum discrepant. Enthusiastæ, qui irritantur tanquam maniaci & in se manus injiciunt. Engastrimathi, qui ventre loqui videntur, clauso ore, quod Dæmonem in ventre habere credantur. Lecanomantici, qui ad sonitum pelvis vaticinantur. Furentes ex utero. Tales sunt mulieres, quæ adeo interdum Veneris æstro percelluntur, ut ad rabiem usq; perveniant. vide *Jonston. Thaumatoz. clas. 10. cap. 5. artic. 1.* De singulis igitur illis pluribusq; adhuc animi morbis, quomodo interdum, vel dilucida habeant intervalla, vel non, vel infinitis circumstantiis actus nostros vel legitiment, vel invalident, caute & prudenter Judici est circumspiciendum, & ut plurimum ex medicorum peritorum consilio agendum: Impossibile enim est, omnes istos casus legibus comprehendere. *l. non possunt ff. de leg.* Non video igitur mihi operam ludere, si ex *Zach. d. l. q. 21. n. 12.* quasi per quendam indicem, excerptam, qui morbi dilucida intervalla habeant, qui non. Intervalla dilucida non habent
 1. desipientes ratione infantia & pueritia. 2. delirantes ex senio. 3. mulieres delirantes circa sexus imbecillitatem. 4. Fatui, Stolidi, Stulti, obliviosi. 5. Muti & Surdi à Naturâ 6. Ebrii. 7. Lethargici, Comatosi & Carotici 8. Icti à fulmine, attoniti, congelati, seu cataleptici. 9. Phrenetici. 10. Hydrophobi, seu rabiosi 11. Ex assumpto veneno insanientes 12. Ex morbo longo dementati. In cæteris autem morbis omnibus licet sperare dilucida intervalla.

45. Atq; sic, quantâ licuit brevitate, perspeximus morbos hominum, respectu essentialium constituentium 1. Animi solius, 2. Animi & corporis simul. Restaret nunc, corporis morbos à nobis tractari. Sed cum illos omnes huc cumulare instituti nostri non sit, nec Jurisconsultus ad species illarum tam accurate descendat, hic committi illi possunt, & si quid obiter de quibusdam in specie incidit, ad sequentia reservabimus.

46. Personæ II. considerabuntur nobis; respectu *Sexus & Naturæ*; & sunt vel *Mares*; vel *Feminae*. *Mollenbecc. divis. Jurid. cent. 1. division. 18.*

47. Morbi *Marium* ventilantur, respectu generationis activæ; & sunt *Impotentia*; vel *absoluta*; vel *relata*.

48. *Impotentiam absolutam* voco, per quam quis, respectu sui ipsius perq; se generare non potest. *Impotentia* autem in genere, est vitium vel defectus naturalis aut accidentalis, quo quis impeditur alteri carnaliter commisceri. *Hostiens. in summ. lib. 4. tit. de frigid. & malef. §. 1. num. 1. Brunell. de Spons. & matr. concl. 28. n. 2.* *Impotens* igitur est, qui non potest reddere debitum conjugale *c. 2. de frigid. & malef. seu*, qui non potest coire mulieri, & agere ea, quæ à naturâ *Viris* data sunt *cap. 6. novell. 22.* *Frigidi* autem qui proprie dicantur, multa est disceptatio inter *Medicos*, nobis non dirimenda. Credo tamen proprie illos dici, qui ob caloris naturalis paucitatem materiâ prolificâ defituuntur, atq; sic ad generandum sunt inepti, quod in pueris & senibus accidit, licet illos improprie dici *Frigidos* contendat *Zacch. lib. 3. tit. 1. §. 5. per tot.* ubi varias variorum *Medicorum* proponit sententias. Nobis sat erit, si illos cum *impotentibus* conjugamus.

49. *Signa*, *Præsumptiones* & *Probationes frigiditatis* varia sunt, quæ partim ex *Medicis*; partim à *Jurisconsultis* petuntur: & voluerunt *Jurisconsulti*, *frigiditatem* tam in *viris*, quam in *feminis*, per corporis aspectum probari, ut notat ex pluribus *Mascard. concl. 816. n. 1. lib. 3.* *Impotens* autem quis censendus non est, licet uno testiculo careat *l. 6. 7. 35. §. 7. ff. de Edil. edict.* cum adhuc generare possit *Abb. in c. 2. de frigid. & malef.* Recenset ejusdem signa sat multa *Anchor. in cap. 1. n. 10. & in c. laudabilem. n. 7. de frigid. & malef.* *Præsumptiones* & *Probationes Impotentia* non sunt unæ. *Pro Impotentia Viri* declaranda multa sunt indicia. Sed an illa ex *Feminarum* inspectione haberi possit, dubitatur: Nam 1. Aut mulier non erat *Virgo*, eo tempore, quo contraxit matrimonium cum *Viro*, quem nunc asserit esse *impotentem*. Hoc casu non potest probari ex inspectione mulieris *Impotentia Viri*. 2. Aut mulier erat *Virgo* eo tem-

tempore, quo nupsit marito, & videbatur tunc ex inspectione ejus
 Impotentiam Viri demonstrari posse. Quemadmodum quoque ob-
 stetricibus, quæ Virginitatis notas explorant, credendum esse vult
 gloss. in cap. satis. 33. q. 5. & Mascardus Concl. 1410. col. ult. Sed recte ne-
 gat hoc Burrius in cap. 1. de frigid. & malef. col. pen. vers. Item quia
 Nam & c. nec aliqua 27. q. 1. dicitur: manus obstetricum & oculos
 saepe falli; Fatenturq; id ipsi Medici, quemadmodum illud satis de-
 clarat Zacch. lib. 4. tit. 2. quest. 1. Signa igitur à Viro ipso petita magis
 sunt evidentiā & certa. Menoch. de præsumpt. lib. 6. præsumpt. 90. per tot.
 Poterit insuper & probari, si per trium annorum cohabitationem
 conjuges non potuerint coire; ex hoc enim satis clare constare dici-
 tur de frigiditate illorum in cap. laudabilem. de frigid. & malef. & ibi
 Gloss. super verb. Frigiditas. Et hoc triennium dari debet, quando ali-
 unde non probari potest. Ludov. Gilhaus. Arb. Judic. Civil. cap. 6. part. 1.
 §. 277. Idem cursus triennii multo magis debet expectari in corruptâ
 muliere, quæ non habet ita efficax argumentum pro se, ut habet Vir-
 go, quæ arguit quodammodo Viri impotentiam. **Contra impo-**
tentiam Viri præsumptiones sunt 1. Ubi visibilis impotentia in
 Viro non apparet, Vir præsumitur potens c. 1. in fin. de frig. & malef.
 Menoch. de præsumpt. d. l. 2. Muliere Virum impotentem esse asseren-
 te, Viro autem negante, præsumitur Vir potens; quia magis creditur
 Viro quam mulieri: nam Vir tanquam mulieris caput dignior est ipsa
 muliere d. c. 1. & Can. 3. caus. 33. qu. 1. 3. Viro se impotentem asseren-
 te, Muliere negante, præsumitur Vir potens. Anchar. in c. 1. n. 4. de frig.
 & malef. ratio prima est, quia in dubio pro matrimonio est pronun-
 ciandum c. ult. de sent. & re jud. Secunda: quia cum mulier stimu-
 lis carnis agitari soleat. cap. ult. de eo qui cognovit. verosimile non sit,
 mulierem velle stare cum impotenti. arg. d. c. 1. in fin. tertia: quod,
 cum non liceat propriam turpitudinem allegare, non credatur hoc
 Viro tam facile arg. l. 30. C. de Transact. cap. inter dilectos de donationibg.
 4. Mulieri, quando post annum, vel semestrem, non est conquesta de Viri
 impotentia, non tam facile creditur; sed potius pro Viro præsumitur.
 d. c. 1. versic. Illa autem. 5. Potentia Viri probatur, si cum aliâ mulie-
 re coiverit, ceu id aliquando admissum fuit, sed male. vide Menoch,
 lib. 6.

lib. 6. presump. 90. num. 9. Multa quoq; hæc de re habet. *idem de A. 1. Q. cas. 519.*

50. Omnis Impotentia est vel à **Natura ipsâ**; vel ab **Accidenti**: Naturalis Impotentia definitur *Klingio. de caus. matr. c. 5. n. 4.* quæ ex Naturæ dispositione, sine facto hominis provenit: Ubi videtur Accidentalem vocare, quæ ex facto hominis provenit. Verum sic non Impotentiam, ex morbis contractam, ad accidentalem Impotentiam referre poterimus, quæ tamen neque est naturalis; sed tanquam *σύνθημα* principali morbo accedit & sic consequenter homini.

*quædam est à natâ
illud est qd est pter
nam.
quædam morby est
à natâ*

*2.
de Min:
vis morby est pter
nam. A. 5
quædam morby est
à natâ.*

*3. quædam qd est
pder nam est
à natura*

51. Naturalis dividitur in **Temporalem** & **perpetuam**. Temporalis subdividitur, in **impotentiam**, quæ ab initio quidem est, sed tempore desinit esse; ut in **impuberibus**; & illam, quæ ab initio non est, sed tractu temporis naturaliter oritur: ut in **Senibus**.

*p. 2 est
pder na
errant
qd est morby
in illa impot
et semo est pder natâ
et non est mirabilis*

52. Impotentia Accidentalis est, quando naturaliter potens ex post facto fit impotens, & est duplex. 1. **Manifesta**, quæ per violentiam infertur, ut per sectionem. 2. **Occulta**, quæ provenit, vel ex maleficio & incantationibus, vel ex morbis. vide *Kling. l. c.*

53. Impotentia Effectus sunt duplices; aut enim **Impediunt matrimonium**, aut **dissolvunt**. I. **Impedit Matrimonium** omnis Impotentia naturalis & accidentalis, nisi sit facile sanabilis, aut tractu temporis se ipsam emendet, & uti in *c. fraternitatis 6. versic. nos tamen; Extr. de frig. & malef.* dicitur, si præter divinum miraculum, per opus humanum, absq; corporali periculo, non poterit removeri. Impotentia naturalis temporalis, ab initio existens, & cum tempore desinens, est in **Impuberibus**, ut in masculo ante 14. annum, & in femina ante 12. annum, hæc impotentia impedit matrimonium, *pr. Inst. de nupt. l. 4. ff. de rit. nupt. cap 6. & 10. Extr. de despon. imp. nisi malitia ætatem suppleat c. de illis 7. & c. ult. d. t.* Sed referente *Zacchia ex Brunello de Spons. concl. 28. n. 8. & ex Sanchez de Matrimon. lib. 7. disp. 195. n. 5.* si in particularibus, ante determinatum annorum

*quodammodo tollit
formam Matrimonij
illud est qd est matri
monio Impotentia
Impotentia non
tollit essentiam
matrimonij l. 30
de R. 9*

norum terminum, adveniat coeundi potentia, matrimonium con-
 trahi potest, etiam si generare non possit, cum ex frequentatione de-
 biti conjugalitatis sperari possit generatio. Justinianus tamen videtur in
 masculis 15 annum assignare *Nov. 100. c. 2. vers. novimus*, quemadmo-
 dum & *Leo Nov. 74.* feminis 13, annum adscribit. 15. maribus. Sed
 responder ad illud *Olemann. ad l. 1. disp. jurid. Giph. disp. 3. n. 17. in fine*
 distinguendo, inter annum inceptum & completum: Puberes enim
 dicuntur, masculi, qui annum decimum quartum compleverunt, & fe-
 minæ Viripotentes, quæ annum duodecimum excesserunt *pr. Inst.*
quib. mod. tut. finit. Ergo per consequens inchoarunt 15. & 13. annum.
 Licet autem impuberes matrimonia contrahere non possint, possunt
 tamen sponsalia de futuro, si sunt majores 7. annis. *t. t. de despons. im-*
pub. & hæc tamdiu valent, quamdiu non perveniunt ad pubertatem,
 & ante eam non possunt resiliere aut pœnitere *c. de illis. cum seqq.*
d. t. Habent enim desponsationes impuberum effectum sponsalio-
 rum de futuro, & omnes tractatus sponsaliorum præparatorii, non
 magis ligant contrahentes, quam desponsationes impuberum *Dn.*
Carptov. in Consist. l. 2. tit. 10. des. 174. n. 6. Si autem forsitan in despon-
 satione impuberum pœna adjiciatur, puta centum, vel mille aureo-
 rum, non servanda est, quemadmodum eleganter eâ de re disserit
Beust. de Sponsal. part. 1. n. 4. Impotentia Naturalis, quæ ab initio non
 est: sed tractu temporis oritur, est in senibus, qui propter caloris de-
 fectum fiunt impotentes. Illa autem Matrimonii obstaculum non
 est, nec per illam rescinditur. Cautum quidem fuit *L. Papiâ*, quod ma-
 scul^o, sexagenario major, non contrahat cum muliere, majore, vel mi-
 nore quinquagenariâ; & contra major quinquagenaria non contra-
 hat cum majore, vel minore sexagenario. Sed sublata est hæc lex per
l. Sancimus C. de Nupt. cum matrimonium in senibus sit legis obse-
 quium & humanitatis solatium *c. nuptiarum cum gloss. ibid. in verb. qui-*
budam 27. q. 1. gl. in cap. quod sedem, in verbis: Impotent de frigid. & ma-
les. Finis quidem conjugii primarius hic cessat: sed cum secundarius
 etiam finis sit mutuum adjutorium, & is aliquis esse possit in tali con-
 jugio, merito hoc conceditur, licet cum quâdam disvasione id fieri
 debeat, si personarum conditiones illud expostant. Discutit hoc

ab utraq; parte *Dn. Carpz. in Confiss. l. 2. tit. 1. de fin. 13.* Impotentia Acci-
 dentalis manifesta, quæ per violentiam inferitur, per quam quis amittit
 virilia & Spado fit. (Spadonum enim vox generalis est *l. 128. ff. de V. S.*)
 impedit interdum matrimonia, interdum non. Non impedit, si for-
 san vitium tam grande non sit, ut possit tamen generare, siq; sanabile
 sit, quemadmodum illis accieit, qui unum testiculum amiserunt *l. 6.*
l. 7. l. 35. §. 7. ff. de Edilit. edict. Illud autem vix obtinet, quod *Melchior*
Kling. de caus. matrim. c. 5. n. 82. ex Gloffa ad *can. u. qui. 25. caus. 32. q. 7.*
 adducit, etiam castratos, quibus potestas est coeundi, licet ad gene-
 nerandum sint inepti, matrimonia posse inire. cum tamen procrea-
 tio liberorum sit finis matrimonii, adeoq; potius potentia generan-
 di, quam potentia coeundi sit inspicienda. Quæ autem sectio tam
 violente illata est, ut plane de illius restitutione dubitetur, & ut is ge-
 nerationi nullo modo aptus esse possit, cui obligit, si præcesserit ma-
 trimonium, impedit contrahendum dirimitq; contractum per *text.*
in d. c. quod sedem junct. gloss. in verb. Impotentes in fine. de frigid. & malef.
 Nullo igitur modo impedit Matrimonium impotentia ex morbis,
 cum speretur restitutio. Sed si inveterati & longi morbi sint, ut vix
 ac ne vix quidem ad valetudinem & potentiam redigatur aliquis, cre-
 do secus esse de matrimonio contrahendo. Certe, morbos hominem
 reddere impotentem ad generandum, probat *l. 6. in fin. ff. de his qui sunt*
sui. & lib. 15. §. 2. ff. de Adopt. quod tamen de omnibus verum non esse
 tradit *Zacch. l. 3. tit. 1. q. 4. n. 7.* Cessant autem omnia hæc impedimen-
 ta, si quis sciens contrahat cum impotente: Tunc enim tenetur co-
 habitare. Quamvis enim Vir hoc casu, mulierem impotentem non
 possit habere in uxorem, & mulier Virum in maritum, tenetur ta-
 men habere, ut sororem & fratrem. *c. consultationi 4. & seqq. de frigid.*
& malef.

54. **¶ Dissolvitur Matrimonium**; seu potius nullitatem
 ejus declarat: Nam proprie hæc dissolutio non est divortium: sed
 declaratio, ut alii sciant, illam societatem non esse conjugium *Schnei-*
dewin in tit. Inst. de Nupt. part. 4. n. 22. Conrad. Mauser. in eund. tit. ad
§. Sunt & alie. sub fin. Non enim est verum matrimonium, quod im-
 prudenter cum impotente contrahitur; quia nil consensui magis
 con-

con-

contrarium, quam error *l. 15. ff. de Jurid.* & errantis nullus est consensus *l. 9. C. de I. & F. ignor.* Atque ita deceptus in materiã nunquam in eam consensus: voluit enim Vir ducere mulierem, quã Viripotens esset & apta ad procreandam sobolem; Mulier contra nubere Viro potenti & ad generandum non inepto. Cum igitur hic neque sit vera causa Essentialis, nec vera causa finalis Matrimonii, matrimonium hic nullo pacto subsistere potest: *Basilii Monner. de matrim. c. 11. n. 2. 3. & c.* De tali igitur Matrimonii dissolutione **I. In Impotentiã Naturali** perpetuã notetur, quod, si ex manifestissimis signis possit colligi, è vestigio permittatur separatio; quia in certis nullus est conjecturis locus *l. 137. §. 2. de V. O.* & frustra expectatur tempus, cum eventus nil operatur *l. 13. §. 2. ff. Ad Sc. Velleian.* Quã ratione in Impotentiã, quã manifestis signis deprehendi non potest, ad dissolutionem matrimonii procedatur, & quã hic cautela & circumstantiã attendendã, vide *Melchior. Kling. d. l. c. 5. n. 66. & seqq. Menoch. de A. I. Q. cas. 519. Zach. lib. 3. t. 1. q. 5. Sanchez. de matr. lib. 7. disp. 92.* **II. In Impotentiã Naturali temporali** ab initio existente notetur, quod matrimonii dissolutio non concedatur, priusquam summam & perfectissimam pubertatem attigerint, & præterea arbitrio iudicis longius tempus determinandum relinquitur, ne tam cito ad separationem profiliant, per ea quã habentur & notantur *in c. fin. de frigid. & males. & in c. puberes. de desp. impub.* De Senibus impotentibus præcedenti thesi satis diximus: nam illorum matrimonia plane non dissolvuntur. **III. In Impotentiã Accidentali manifestã** notetur: Si sectio violenta præcesserit matrimonium, contractum matrimonium sine dubio dirimit; Secus est, si subsecuta sit matrimonium. **IV. In Impotentiã Accidentali occultã** nota **1.** Si maleficiatus simpliciter est impotens, trium annorum spatium expectare debet, & si non cessat, solvitur matrimonium; tunc enim præsumitur maleficium perpetuum esse, si cessat, temporale erit **3.** Si maleficiatus erga unam tantum est impotens, non erga alias, separantur, & permittitur illis ab utrãque parte novum Matrimonium *vide Kling. d. l. n. 87. & seqq.*

55. Hinc elici possunt ista consecretaria: **I. Impotentia Conjugis excusat à poenâ ordinariâ adulterii ratio.** 1. quia causa, quæ matrimonium impedit, contractum aliquo modo alterat. 2. quod copula carnalis, tanquam consummatio matrimonii, adhuc non sit facta. 3. quod ignoscendum sit ei, qui causâ aliquâ commotus & irritatus delinquit. l. 38. §. 8. ff. ad l. Jul. de Adult. l. 14. §. 6. ff. de bonu. libere. vide Dn. Carpzov. Pr. Crim. part. 2. quest. 61. à numero 14. usq. ad 28. **II. Consecretarium est:** Quam quis, ob impotentiam Conjugis viventis, imprægnavit, eam, post mortem ejus, in uxorem ducere, sine adulterii metu, potest. Suadet hoc 1. personæ violatæ ratio, quo seducta in viam reducat, ne in pejus ruat. 2. Conjugii prioris imparitas & nullitas. Late hoc diducit. Henric. Nebelstrâ decision. 13. per tot.

56. Cessat dissolutio matrimonii: 1. Si post matrimonium supervenerit impotentia. Carpzov. Consist. l. 2. tit. 11. desin. 202 per tot. dissentiens in hoc à Corras. in l. Patre furioso ff. de stat. hom. n. 4. 2. Si impedimentum sit temporale & facile sanari potest. 3. Si scienter Impotentes contraxerint matrimonium: Nam & tunc matrimonii separatio non fit, etiam invitis contrahentibus.

57. Impotentia respectiva est, quæ non simpliciter & absolute Impotentia est; sed respectu Conjugis; vel unius; vel utriusq. cum respectu aliarum personarum aptissima ad generationem existat. de hac vide Zacch. lib. 3. tit. 1. quest. 6. n. 3.

58. Morbi Feminarum, respectu generationis passivæ, sunt in Conceptione, & post Conceptionem. In Conceptione est Impotentia seu inhabilitas feminina.

59. Impotentia seu inhabilitas feminina est defectus in muliere, propter quam non est apta ad amplexus viriles. Ea est vel Communis; vel propria.

60. Communis est, quæ mulieribus cum Viris communis est, utpote, quæ est naturalis & temporalis, ratione defectus ætatis: ut Tempus Impubertatis & Senectutis. Hic applicari possunt ea, quæcunq. supra de viris diximus.

61. Propria

61. **Propria est in ipsâ feminâ & illa iterum vel absoluta, vel respectiva.** Absoluta vel per extrinsecam; vel per intrinsecam feminæ constitutionem oritur.

62. Quoad constitutionem extrinsecam est **Arctatio, Claustrum & Coalescentia.** De his vitiis, cum pudor & ætas vetet accuratius disserere, remittimus lectorem ad *Zacch. l. 3. tit. 1. q. 7. & Kling. d. c. 5. n. 73. & c.*

63. Inhabilitas Feminæ, quæ per intrinsecam ejus constitutionem accidit, est **Sterilitas.** Sterilis est, quæ in ætate habili, viro fecundo debite utens, nunquam, vel rarissime, concipit, aut conceptum fetum nunquam absolvit, vel mortuum in lucem profert. Illa autem Matrimonium nullatenus dissolvit. *cap. tantum 32. q. 7.* ratio est quia 1. semper speratur restitutio 2. cum causæ sint tam incertæ, adeo ut determinari non possit, an perpetua; an temporalis habenda sit, testibus Medicis ipsis. 4. quia expresse est prohibitum, & à Theologis & Iurisferis omnibus. Nam quod expresse est prohibitum, non magis permittitur *arg. c. cum apud. de sponsal.* De jure tamen veteri, (quod etiam in Pandectas relatum est) Sterilitas justam præbebat divortii causam *l. 60. in fin. de donat. inter vir. & Uxor. vid. Rittersh. diff. Jur. Civ. & Can. l. 2. c. 13. Senec. 2. contr. 6.* Uxorem sterilitatis nomine dimittendam dicit, intra quinquennium non parientem. Ista consecratoria autem, quæ supra th. 45. deduximus, hinc quoque applicari possunt.

64. **Inhabilitas seu Impotētia respectiva Feminarū.** De qua vide *Menoch. de A. l. Q. cas. 519. num. 27. Kling. l. c. num. 62. & quæ nos superius.*

65. **Post conceptionem est Prægnantia,** estque tempus, quo mulier prægnans est. Prægnantia autem non proprie est morbus; sed quasi morbus, quoniam proclivitas quædam est prægnanti ad morbos; licet ideo morbosa non sit dicenda. Istarum jura varia & multiplicia sunt, quæ nos in præsentiarum tangere vetat materiæ prolixitas. videatur *Thomas Actius integro tractat. de Prægn. privileg. Mascard. de probat. concl. 1147. n. 16. & 1208. n. 6. & 7. Bossius in prax. crim. tit. de partu supposito n. 10. Zacch. lib. 3. tit. 2. quest. 8. Gilhausen Arb. Judic. crim. cap. 6. part. 1. §. 40. Besold. thesaur. pract. voce Schwängerung num. 65. Althus.*

1. Dictionolog. cap. 72.

66. Sub finem hinc quædam monenda essent de Hermaphroditis, & an illi ad matrimonia admittendi. Sed videantur. *Cl. D. Hahn. Observ. Wesenbec. ff. de stat. homin. n. 3. Zach. lib. 3. tit. 1. q. 9. n. 2. Paul. Cyprius. de Sponsic. 9. §. 13. n. 46. Dn. Carptzov. Consistor. l. 2. tit. 1. defn. 6. Menoch. de recup. poss. remed. 9. n. 15. Gödd. ad l. Ostentum de V. S. Besold. præcognit. Pand. ad tit. 5. & 6. lib. 1. quæst. 9.*

67. Personæ II. dividuntur, respectu *Status*. Is est, vel **Publicus**; vel **Privatus**. Sunt igitur Personæ, juxta hunc, vel publicæ; vel privata: nam cum omne jus hominum causâ constitutum sit, §. final. *Inst. de I. N. G. & C. l. 2. ff. de Stat. Hom.* Jus autem sit publicum; vel privatum §. 4. *Inst. de Just. & Jur.* oportet personas quasdam esse publicas; quasdam privatas & statum quendam publicum & privatum.

Quidam non est 68. Personæ publicæ sunt vel sacræ; vel profanæ. *Geilfus. Deo consecratis 5. in meth. jur. public. num. 24.*

Deo consecratis 5. in meth. jur. public. num. 24. Personæ sacræ uno vocabulo vocantur Clerici suntq; qui Nulla pars est Deo con. in Ecclesiâ Christi deserviunt *dist. 21. cap. clericos in pr.* vel qui divino *secratis 5. in meth. jur. public. num. 24.* cultui ministeria religionis impendunt *Cod. Theodos. 5. tit. 1. 2.*

E. spiritibus 70. Morbi sunt I. **Impedimenta Clerici promovendi**, si dubitatur de ejus convalescentia *Abb. in c. cum inter Canonic. de Elect. in 1. col.* Neq; enim conferri possunt beneficia, nisi valido integroq; corpore Clericis *c. hinc etenim 49. distinct.* Non promoventur ad Clerum n. castrati, ex propria voluntate, carnali vitio repugnare nescientes; licet credant, se obsequium præstare Deo *c. significavit. Extr. de Corpore vitiat. c. his qui. 55. distinct. c. 2. distinct. 33.* Limitatur tamen in illo, qui vel vi, vel casu, vel necessitate talis est, *c. 3. de corpore vitiat. c. Eunuchi dist. 55. c. 5. c. 6. d. dist. 2.* **Vitiosi aliquâ parte corporis.** Sic qui partem digiti volens sibi præcidit, non est ordinandus; *c. 6. d. dist. 55.* Secus est, si casu factum sit *d. l. & c. n. d. dist.* si leve quoddam sit digiti vitium, ut si careat forsan ungue pollicis, dummodo fortis sit in pollice ad frangendam Eucharistiam. *c. 7. de corpore vitiat. vide cap. exposuisti. c. 2. & c. fin. d. t. c. Presbyterum de cler. egrot. Nec si oculi levis sit macula, prohibetur à clero, c. 2. de corp. vitiat.* Nec qui medicorum incisione

incisione claudus efficitur, *c. 10. dist. 55.* Dæmoniacy & Epilepticy plane prohibentur *c. 3. & 4. dist. 33. c. cum inter Canonicos. de Electione. vide & thes. nostrā 37. & 42.* II. Morbi sunt Impedimenta clericy jam promoti. Nam aut quidam plane illum de officio remouent; quidam tantum suspendunt. 1. Plane illum ab officio remouent, quos ille propriā sibi contraxit malitiā, ut si forsan se castraverit ipse, vel passus sit se castrari *c. 9. dist. 55.* Si grandis est defectus, & ille in promotione fraudulenter celatus fuerit *c. 6. de corpore vitiat. c. 13. dist. 33.* Ex dispensatione tamen Episcopi interdum multa permittuntur. *c. 1. de corp. vitiat.* 2. Qui illum de officio suspendunt, aut de parte officii suspendunt; aut de toto. Quæ illum de parte officii suspendunt, sunt quædam Symptomata & vitia corporis, quæ usum membrorum, ad sacra peragenda necessariorum, impediunt; ut mediæ palmæ cum duobus digitis abscissa *c. 2. de cler. ægrot. caducus morbus c. 1. & 2. caus. 7. q. 1.* Qui de toto officio illum suspendunt; sunt morbi tam graves & incurabiles, ut clericum diuinis inservire impediunt, paralyti fortasse, nodosā podagrā, leprā aut alio morbo laborantem *c. fin. & 4. de cler. ægrot. cap. unic. eod. in 6. si sic Dæmoniacus c. 3. dist. 33.*

III. Morbi dant privilegia & cōmoda clericis ægrotis. Sed intellige casuales, non voluntarios, aut propriā malitiā cōtractos. 1. Tempore sinceritatis adepta dignitas, sequente debilitate non adimitur *c. 12. dist. 55. c. 4. caus. 7. q. 1.* quandoquidem viventi Episcopo alius succedere non potest *c. 5. d. caus. 7. q. 1.* Injustum enim foret, tam gravem afflicto afflictionem addere *l. 1. ff. de off. presid. l. 1. §. propter casum ff. de postul. & flagellatis à domino, non addi debet afflictio c. 2. d. 7. q. 1.* 2. Clericus infirmus integre percipit fructus beneficii sui; quia si alii ejus exemplo essent deterriti, forte non posset, qui militaret Ecclesiæ, inveniri; sed secundum ejus ordinem. quæcumq; ei, si sanus esset, poterant ministrari, præbentur ægrotanti *c. 1. de cleric. ægrot.* Hinc salario non cadit Professor, qui morbo detentus aut senio impeditus legere non potuit *arg. l. 4. §. 5. ff. de stat. liber. l. ult. §. 1. ff. ad l. Rhod. de factu. Limneus lib. 8. jur. publ. 1. 3. n. 28. & 29:* nec enim conveniens est benemeritos ætate ingravescentem.

wefcente remove. *cap. quamvis triste 7. q. 1. cap. 1. de paroch.* Si autem jam sit emeritus, & non habeat in propriis, unde se alar, nec ut se familiamq; suam sustentare queat, de alimentatione illi prospiciendum; si secus, se ipsum sustentare debet, nisi Patronus vel Parochiani adeo liberales existant, ut etiam opulentis pastoribus emeritis de alimentatione prospiciant. vide *Theodor Reinking. de Regim. Ecclesiast. l. 3. clas. 1. c. 8. n. 4. Carpiz. Consist. l. 1. t. 10. def. 153.* Idem quoq; observandum est de Aedituis & Custodibus, Organicis, Cantoribus cæterisq; personis Ecclesie inservientibus, qui sub clericis omnes comprehenduntur. *c. clericus in pr. & s. cantor. dist. 21. Carpizov. d. 1. def. 154. num. 4. 3.* Clerico ægrotto datur substitutus s. coadjutor *c. 13. 7. q. 1. Unus, vel plures c. unic. de cler. ægrot. in 6.* Non autem intelligendum hoc est de Pastoribus, quorum convalescentiæ bona spes restat: sed de iis, qui morbo incurabili affecti sunt & qui decrepitæ sunt ætatis. *Carpiz. d. 1. 10. def. 153. n. 1. ut si sit leprosus. c. 3. de cler. ægrot. si Paralytico morbo laborat & officium linguæ amisit c. 6. d. 1. 4.* Excusantur ægroti clerici à jejuniis, & licitum illis est promiscue carnes edere *c. 2. in fin. 7. q. 2. necessitas enim excusat à peccato cap. 2. de Observ. jejun.*

71. Personæ, respectu status publici profani, sunt Magistratus. Et hi I. Impedimentum officii ineundi, ob morbos & affectiones pravas, sentiunt: ut Exempli gratiâ, Judex, seu magistratus, seu pedaneus. Hic non potest dari, si est mutus & surdus; naturâ enim tales impediuntur ad munus istud subeundum *l. 12. §. 2. ff. de Judic.* De Cæco tamen variatur, an is judex esse possit? & respondeo quod sic, quicquid etiam contradicat Accursius & Bartolus, qui putant ab initio dari cæcum non posse, verum eum, qui non erat cæcus, datum, ob supervenientem cæcitatem, non esse removendum. Sed prænotanda est distinctio inter Judicem Magistratum & non Magistratum: Quilibet enim Magistratus, uti & Judex, qui est magistratus, si cæcus est, retinere quidem potest cæptum Magistratum; aspirare autem ad novum penitus prohibetur *l. 1. §. 5. in fin. ff. de Postul.* Sed de Pedaneis alia res est, qui etiam admitti possunt ad ju-

Lui
De
fac
Null
Sec
E.

ad iudicis officium, nondum captum. 1. Probamus per textum in *l. 6. ff. de iudiciis*, ubi expressa sunt verba: licet alii intelligant hunc locum, sub hac limitatione: si cæcitas supervenerit iudicio jam capto: sed nimis extralimitem limitant: textu enim non distinguente, nostrum non erit distinguere *l. 8. ff. de Publ. in rem act.* 2. Possunt iudices dari, qui non prohibentur *l. 12. §. 2. ff. de iudic.* Atqui nullâ unquam lege cæcus prohibetur dari iudex. Proinde & esto. Sed an hodie quoq; iudex cæcus dari possit? Putat quod non *Hunnii in Treul. vol. 1. disp. 8. q. 7. p. m. 526.* Sed bene *Scoranus* in contraria sententiâ est, etiam hodie id fieri posse, in *Colleg. Jurid. Disp. 22. th. 4.* Magis enim, inquit, morum probitatem, eruditionem, consilii ac mentis integritatem, quam oculorum sensum inspicere debere: solere enim ut plurimum visus defectum præstantiam animi in aliis supplere. Vide de hac quæstione & *Arum: disp. 5. ad Pandect. th. 3. Duaren. 1. disp. 23.* Cæterum omnes illi morbi, quocunq; veniant nomine & quos supra recensuimus, qui mentis genuinum usum subtrahunt, & perpetuo incommodo pariq; semper vehementia & atrocità, sive corpus, sive animum affligunt, à munere Magistratus impedire censendi sunt. Et hoc prudenti iudicis arbitrio committendum est. Si iudex furiosus datus sit, inspiciendum est, an continuo furat, an per intervalla: Si per intervalla, iudicium tamen erit, ut scilicet suæ mentis effectus, quod sententiæ dixerit, ratum sit *l. 39. ff. de iudic.*

II. Interdum, quando ipse Magistratus infirmus est, collega illi substituitur, uti in Manumissione, quæ alias ad Consulem spectat, quam collega potest ejus causâ expedire *l. unic. §. 1. de Off. Consul.* Non enim morbus jurisdictionem tollit, sed impedit *l. 46. ff. de iud.* Quemadmodum & qui furere caput, statim ac dignitatem suam videtur retinere, quam qui dominium rei tenet *l. 20. ff. de stat. hom.* Si levis autem est morbus, non adeo magni impedimenti afferre putem. Ita à muneribus decurionatus non excusat podagra valetudo *l. 13. C. de decurion.* quamvis hoc limitandum cenleo: nisi ita pedum valetudine affectus sit, ut rebus propriis intercessum commodare non possit *l. 3. C. Qui morbo.*

72. Respectu Status Privati, Personæ dividuntur, ratione potestatis; vel ratione officii. Potestas est vel dominica; vel patria.

E

Sub

73. Sub Potestate Dominicâ sunt Servi. Et illis quidem ægrotantibus, in jure nostro, satis provisum est: nam 1. Nihil nocere illis debet calamitas, quæ illis accedit, & æquissima est Pauli sententia l. 4 §. 5. ff. de statuliber. de statulibero, qui, si per annum servierit, liber esse jussus est: ubi asserit, quod, etsi quibusdam diebus, aut valetudo, aut alia justa causa impedimento fuerit, quo minus servierit, ea anno imputari debeat. *Servire enim, ait, nobis intelliguntur etiam hi, quos curamus ægros, qui cupientes servire, propter adversam valetudinem impediuntur* 2. Hinc subveniendum est illis à Dominis. Et si Domini servos ægrotantes ob infirmitatem deseruerint, vel à suâ domo publice ejecerint, neq; ipsi eos procurarint, nec alii commendarint, nec consveta illis præbuerint salaria, neq; in Xenonem miserint, competit servis ob id libertas & Domino jus patronatus in libertos denegatur & ab eorum substantiâ plane segregatur. l. 2. ff. Qui sine manum, l. unic. §. 3. C. de Lat. libert. tollend. 3. Impensæ Valetudinis minores, in servum ægrotum commodatum facti, ad commodatarium pertinent: Si autem majores sint, agi potest commodati adversus Dominum l. 18 §. 2. ff. commodat. 4. Servi ægroti etiam excusantur à torturâ, si Domino occiso ob corporis imbecillitatem subvenire non potuerint, si ætate defecti, si surdi, si muti (sc. quando Vocis tantum auxilium superfuit) si furiosi, si cæci &c. fuerint, l. 3. in pr. §. 7. 8. 9. 10. de Sc. Syllan. 5. Licet ægrotato servo non utamur, tamen ejus usufructum retinemus l. 12. §. 3. de Usufr. Nulla tamen servi debilis æstimatio est l. ult. §. 1. de oper. servor. 6. Si post peritas operas æger esse servus ceperit, legatario peribunt operæ. l. 7. ff. de Usu & Usufr. Hic notandum est, excusari quoq; libertos, si valetudine impediti operas præstare non possint l. 15. ff. de oper. libert. l. 23. §. 2. l. 34. eod. ubi de illis satis sufficienter disponitur. Ad horum similitudinem Martin. Schikhard. Logic. Jurid. loc. 19. reg. 1. colligit: quod Vasallus ægrotans à præstatione servitiorum interim excusetur.

74. A Servis quidem distant Famuli nostri; sed hic commode de illis disquiritur, & est inter quosdam controversa questio: **An Famulis ægrotantibus debeat merces integra?** Jus Lubecense de illis ita disponit lib. 3. tit. 8. Art. 11. Beschehe Knecht
ren //

Quoniam
Deo
sacr
Nulla
secr
E.

den Mägden und Jungen/ in ihrem Dienste/ ohne des Herren schuld/
 Schaden an Leib und Gesundheit/ daß bleibet der Herr ohne Schaden;
 doch muß er ihnen voll Lohn geben. *Ad quem locum elegantissime Ma-*
gnific. Dn. Merius. Et nos affirmantibus calculum nostrum addimus.
 Rationes pro nobis militantes non unæ: probat hoc sã manifeste text:
 in l. 38. ff. locat. conduct. ubi: *Qui operas suas locavit, totius temporis mer-*
cedem accipere debet, si per eum non stetit, quo minus operas præstet. Vi-
 detur abire ab hãc sententiã nostrã *Martin. Schickhard. Logic. jurid.*
loc. 3. reg. 2. n. 26. in fin. & contrarium vult probare per d. l. 18. §. 2. ff.
Commod. Sed loquitur lex de impensis majoribus valetudinis; ab illis
 autem nemo ad mercedem non solvendam potest argumentari.
 Quæcunq; autem alii movent objectamenta, unicã responsione ab-
 solvit *Magnific. Dn. Merius l. c. n. 14.* quod nihil inferant de iis, qui cã pro
 & durante servitio in morbos incidunt; sed qui post contractum
 conductionis, antequam servire incipiunt, illis implicantur. Ex prio-
 ri igitur assertionem, tanquam consecrarium, fluit; quod durante infir-
 mitate neq; per substitutum servire, neq; sequente anno operas sup-
 plere cogantur. *Dd. De Valetudinis impensis quæritur?*
 & distinguendum est inter modicas & magnas, ceu thesi præcedenti
 quoq; innuimus. Docet autem, quid magnæ & modicæ impensæ sint
Sprenger. tract. de Modico p. m. 61. n. 19.

75. Ampliatur ista assertio: Si hoc casu Dominus Famulo mer-
 cedem denegaverit, ut Domino neganti solutionem, quantum debe-
 tur, liceat subtrahere, nec in eo furtum committatur. vid. *Magnific. Dn.*
Mer. lib. 2. tit. 8. Art. 5. n. 40. Limitatur, si non casu fortuito & in-
 peratione servitii malum istud obrigerit, sed culpã & malitiã pro-
 pria. Hinc adjicitur in d. l. 38. ff. *Locat. si per eum non steterit,* & in Sta-
 tuto Lubecensi verba: *In ihrem Dienste.*

46. Sequitur Potestas Patria, quæ nobis cõsiderabitur ut con-
 stituenda, constituta, & solvenda. Constituenda est vel per
 Nuptias; vel per Adoptionem; vel per Legitimationem.

77. Nuptias præcedunt Sponsalia. Illa quoq; impedimenta sua
 experiuntur à morbis. I. Mutilatio, clauditas membri,
 vitium corporis post Sponsalia superveniens, dissolvit

sæpe illa. Rationes sunt. I. ne matrimonium difficilem
 sortiarur exitum *cap. 17. de Sponsal.* 2. quia sponsalia sub hac
 ratione censentur esse celebrata, si res & conditio personæ in eodem
 manserit ita *Paul. Cypr. de Spons. c. 13. §. 67.* II. Morbi conta-
 giosi & graves impediunt & dissolvunt Sponsalia.
 Talis est lepra in *c. ult. de conjug. lepros.* Epilepsia, Paralysis, lues Gal-
 lica *Hemming. de Conjug. fol. 169.* rationes sunt. 1. ne morbi contagio-
 si in liberos devolvantur, & sic, Reip. damno, latius malum serpat
 2. Cum ea sit morborum istorum turpitudine & vehementia, ut alter
 alterius congressum exhorrescat, sicq; obtineri finis matrimonii non
 possit. III. Furor vehemens usumq; rationis extermin-
 ans sponsalia dissolvit. *l. 8. ff. de Sponsal.* Ratio est: Quod con-
 sensus, tanquam essentiale matrimonii, hic vacillet *l. 16. §. 2. ff. de ritu
 nupr.* Oportet autem, ut furor ille talis sit, de cuius restitutione dubi-
 tetur *l. 23. §. 7. vers. sin autem. ff. solut. matr.* Unde differenda est disso-
 lutio, usq; dum appareat de curâ furoris desperata, vel in annum, bien-
 nium, triennium, quadriennium & ulterius pro rei ratione & circum-
 stantiâ *l. 17. ff. de Sponsal.* Cessat hæc Sponsaliorum dissolutio. 1. si
 morbus sit curabilis. *Cypr. de Spons. c. 13. §. 6. 7.* 2. Si amice possint
 inter se conciliari partes, quod pius tentandum est, quam ut dissolu-
 tio tam absolute concedatur; quod autem limitandum omnino est
 in morbis contagiosis, ne tam facile hoc concedatur, licet altera pars
 parata sit insano conjugii. *Joh. Gerhard. in loco de conjug. §. 167. p. 250.*
 Videatur omnino *Carptzov. Consist. l. 2. tit. 10. def. 180. 181. 182. 183.*

78. Cum Nuptiis aliter se res habet: Impediunt quidem illas
 morbi graves, contagiosi, incurabiles, pari modo, ut in sponsalibus,
 nunquam autem dissolvunt. *c. 1. & 2. de conj. lepr.* quia nihil humanius
 fideiq; conjugii convenientius, quam advertæ fortunæ casuumq; for-
 tuitorum conjuges ex æquo esse participes. *l. 22. §. 7. ff. solut. matr.*
 Quanquam eâ lege, etiam dissolutio interdum concedatur, & per
Novell. Leon. 112. Furor mariti quinquennalis matrimonium solvebat. per
Novell. Leon. 111. uxoris furor triennalis. De Jure Canonico tamen ali-
 ter provisum est. Hinc conjux ex societate conjugali obligatus est
 competentem curam & medicamentâ adhibere alteri, ut de furioso
 constitutum est *d. l. 22. §. 2. ff. d. 1.* Quod si maritus uxoris furiosæ
 dotem

2
 D
 la
 N.
 se
 E

dotem conetur dissipare, illam sequestrari oportet, ut mulier ex ea habeat competens solatium. Quin & si maritus diligentiam suam in tuenda uxoris valetudine prætermisit, uxoris hereditate est indignus *l. 3. ff. de his que ut indignus*. Verum quod pœnâ uxoricidii plecti debeat, nunquam evincet *Fromman. hypotyp. jur. furios. p. m. 26. th. 16. ex Carpzov. Pr. crim. p. 1. q. 12. n. 1.* Simpliciter enim ibi de illo dicitur, qui uxorem dolo & violenter occiderit, non qui furiosam neglexerit. Impediret quoque matrimonium auris abscissio, si credendum est, quod *Cellarius in Palis. lib. 2. c. 10. n. 11.* asserit: Dicit enim, quod pœna auris abscissionis introducta sit ideo, quod vena quædam ibi lateat, quæ *γυνή* contineat semen, quâ abscissa vis procreationis simul tollatur.

79. Adoptionem, tanquam alteram speciem constituendæ patriæ potestatis, quam analogicam paterni filialisq; juris potestatem vocat *Franc. Jul. Chop. in Philos. Jur. l. 2. c. 7. n. 16.* impediunt nonnquam morbi. I. Qui ex vitio incurabili generare nō possunt, nec possunt adoptare *l. 16. ff. de Adopt.* Non igitur adoptat castrati, quamvis *Leo Nov. 26. & 27.* illis hoc permisit, & omnes Impotentes, quæ manifeste restitutione ullâ destituuntur: Spadones autem adoptare non prohibentur. *S. 9. Inst. de Adopt.* Spadonis vox I. generalis est, & includit castratum, Thilibiam & Thlasiam *l. 123. ff. de V. S. junct. l. 39. S. 1. de jur. dor.* 2. Specialis & notat illum, qui propter sanabile temporale vitium pater esse nequit. *l. 6. pr. de lib. & posth. hered. aut qui generare quidem potest, sed unum (sit venia) testiculum habet l. 6. ff. de Edilis. edict.* Posterior acceptio est hujus loci: qui in priore sunt, adoptare non possunt. vide *Bacchov. comm. ad Inst. d. S. 9. de Adopt. Dn. Hahn. in observat. Wesenbecian. ff. eod. num. 4. annotat. S. Georg. Palbitky in tr. de Jur. Pers. th. 54.* II. Morbi consensus impediunt & Adoptionem ipsam impediunt. Unde Furiosi nec adoptare possunt nec adoptari, quoniam consensus in illis deficit. Cæcus & adoptare & adoptari potest *l. 9. ff. de Adopt.*

80. Legitimationē, tertiam speciem constituendæ Patriæ potestatis, omnino impedit furor; non enim potest legitimare filium per subsequens matrimoniū, si furiosus sit, per ea, quæ supra dixim. Multo minus per rescriptū principis, cum pater furiosus causam

petitionis. exprimere debeat. vide *Fromman. in Hypotyph Jur. Furios. p. m. 22. th. 13. & p. 20. th. 2.* ubi de furioso legitimando quoq; agit.

81. Patriam Potestatem Constitutam nulli tollunt morbi *arg. t. r. Inst. Quib. mod. patr. pot. solvit.* De Furore res certa est. Furiosus semper habet liberos suos in potestate, non habitâ ratione, an vel ante, vel post furorē, vel in ipso furore, concepti native sint, *l. 8 ff de his qui sunt sui.* Dantur autem quædam Impedimenta specialia, quæ patriam potestatem, tum respectu Patris, tum respectu filii furiosi impediunt. Dantur & quædam lucra & commoda, quæ cum speciatim hic pertractanda, nimis prolixa sunt, ad *Fromman. in d. tract. p. 19. & seqq.* ubi hæc ordine & summa cum accuratōne recenset, ut ea hic exscribere nihil opus habeamus. Præterea etiam Liberi parentes quovis morbo gravi detentos, si se ipsos sustinere non possint, tenentur alere & curam eorum habere, si facultates istorum id patiantur *per l. ult. §. ipsū autem. C. de bon. quæ liber. l. 5. C. de Patr. potest. l. 1. & 2. C. de alend. liber. & filii emancipati coguntur patrem alere. l. 5. §. 1. ff. de agnoscent. & alend. lib.* Sub alimentis autem medicamenta quoq; comprehenduntur *l. 22. §. 8. ff. solut. matr.* Naturali enim nititur ratione, quæ benevolentiam quilibet tenetur benefacere *l. 25. §. consuluit. ff. de hered. petit. cum id quoq; liberi vicissim à parentibus debeant expectare l. 3. & 4. C. de alend. liber.* Pæna quidem in delinquentes non est statuta: sed relinquitur Judicis arbitrio *d. l. 3. & 4. d. r.* Assertionem hanc ex jure & æquitate naturali deducit *Eichel. in tract. de jure Parent. & filior. part. 2. n. 20.* vide & *Carpatz. p. 2. Const. 11. def. 29.*

82. Patria potestas solvi non potest, per Patris furiosi emancipationem. ex rat. *l. 3. C. de Emancipat.* nec per dationem in adoptionem, quod ex supra dictis notum est. De filio furioso emancipando aliter putat esse *Fromman. d. tr. p. m. 22. th. 9.*

83. Personæ ratione officii distincti sunt e. g. Tutores & Curatores. Illos Morbi fontici perpetui, per quos neq; sua administrare possunt, aut rebus propriis superesse, excusant à Tutelâ susceptâ & suscipiendâ, ut si cæcus, surdus, mutus & furiosus factus fuerit *§. 7. Inst. de Excus. Tut. l. 12. 10. 11. & 40. ff. eod.* Quod si morbus non perpetuus, sed temporalis præsumitur, Curator Tutori adjungitur, donec restitatur *d. l. 12. ff. d. r.* Imperitia quoq; literarum, cum stupiditate conjuncta, excusat à tutelâ *§. 8. Inst. junct. l. 6. ff. de excus. tut.* Quid jam hic faciendum de memoriâ orbis, ob-

liviosus

livos & id genus stolidis aliis, prudenti iudicis arbitrio sine dubio committetur, cum neq; quid agant, satis intelligant & in damna pupillos per oblivionem suam injiciant.

84. Venimus nunc ad secundum juris objectum, nempe *Res*, absolute Personarum jure. *Res* considerantur, respectu 1. **Acquisitionis.** 2. **Alienationis.** 3. **Obligationis.**

85. I. **Acquisitio Rerū.** Furiosus, quatenus furiosus, acquirere non potest, ratio est: Cum duo requirantur ad alicuj rei possessionem, nimirum & corporis & animi possessio; hæc autem desit furioso l. 1. §. 3. ff. de acquir. poss. Unde etiam Dominus furiosum servum mittens, ut possideat, nequaquam apprehendit possessionem d. l. 1. §. 10. ff. d. r. Per Traditionem furiosus quoq; non acquirit, licet is, qui tradiderit, possidere desierit l. 18. §. 3. si furioso ff. d. l. & si quis jam sanæ mentis incipiens possidere, postea furere cæperit, non potest possessionem amittere. l. 27. ff. d. r. De cæteris morbois, si modo intellectum habeat, quod acquirant, nullum dubiū est.

86. **Acquisitio fit vel singulariter; vel universaliter.** Singulariter, ut 1. per usucapionem. Non igitur & usucapere poterit furiosus: Nam sine possessione usucapio non contingere potest l. 25. ff. de usuc. etiamsi autoritas curatoris accesserit Henon. l. 2. disp. u. th. 4. in expl. circ. fin. Quid autem de rebus furiosorum dicendum, an & illæ usucapi possunt. Vide l. 2. §. 16. ff. Pro Emptore & l. 7. §. 2. ff. de Publ. in rem act. Bronchorst. cent. 4. Evart. assert. 10. Pac. cent. 7. Antin. 3. 2 Per **Donationem**: Neq; ex illâ furiosum acquirere posse credo, adductus ratione, quæ est in l. 9. §. 3. ff. de donat: quod donari nil possit, nisi ejus fiat, cui donetur. 3 Per **Legata & fideicommissa**. Ex quibus furiosus acquirit non solum l. 18. §. 1. ff. Qui test. fac. poss. Sed & obligatur, ex aditione hereditatis arg. l. 24. ff. de O. & A. Hinc legitime illi mortis causâ donatur: Omnibus n. mortis causa capere permittitur, qui legata accipere possunt l. 9. ff. de mort. caus. donat.

87. **Universaliter fit Acquisitio per Successionem hereditariam,** vel ex **Testamento**, vel ab **Intestato**, idq; jure **civili & Prætorio**.

88. **Ex Testamento I. Jure civili** fit acquisitio 1. si defertur ab illo, cui est suus heres. Et succedit furiosus in omnia jura Patris l. 7. §. 1. C. de curat. furios. & est suus heres. An ergo & in furore moriens hereditatem potest transmittere? Puto quod sic cum Gothofredo in nos. ad d. l. 7. §. 2. Cels. fat aut-

Sic autem hæc acquisitio, si ex heredatus sit d. l. 7. §. 5. Filius furiosus, mente captus, surdus, cæcus, claudus vel aliter imperfectus, quomodo in feudis succedat, eleganter disquirat Rittershus. in partit. Feud. lib. 1. c. 15. quæst. 25. 2. Si ab extraneo heres institutus sit, ipse per se solus illam adire non potest, sed per servum aut filium acquirit. l. 63. ff. de acquir. hered. 11. Ex jure Prætorio datur bonorum possessio furioso, muto, surdo & cæco. Furioso quidem vel per curatorem; vel si quem in potestate habeat, is, si curatori visum fuerit, potest nomine furiosi agnoscere possessionem, sub conditione subsecuturæ ab ipso furioso, (si convaluerit,) rati habitationis d. l. 7. §. 3. & 9. C. de Curat. Furios. Muto, Surdo & Cæco, si intelligant, quid agatur. l. unic. ff. de bonor. possess. furios.

89. Ab Intestato. Quid hic obtineat, nos late non evolvemus. Tu vide d. l. 7. §. 6. C. de curat. furios. Multa namq; invitis nobis prætermittenda sunt, quæ accuratiorem merebantur diductionem.

90. Ab Acquisitione descendimus ad Alienationem. Alienationem autem in genere furiosis non licere, neminem puto esse, qui illud negatum iverit, cum ex ante dictis illud satis sufficienter constet. Alienatio autem omnis sit vel inter vivos, vel mortis causâ.

91. Inter Vivos est Traditio, quæ à furioso facta nulla est, tam rerum corporalium, quam incorporalium §. 41. l. de R. D. l. 55. de O & A. l. 5. ff. de serv. l. 2. P. Donatio. Non potest donare furiosus l. Modestiu in fin. ff. de donat. Moz. de donat. p. m. 732. Mutus autem & surdus quod donare possint, nulla est dubitatio. l. qui id quod. ff. d. 1. Cæteris ægrotis licet quævis alienatio l. 27. C. de Transact. Nota autem hic, insignem differentiam juris communis à Lubecensi & Saxonico. Eo jure multis ægrotantibus & infirmis non permittitur alienatio bonorum. Jure Saxonico. Weichbild art. 20. & 65 Landrecht lib. 1. Jure Lübecensi lib. 1. tit. 10. art. 3. Er mag sich mit dem Gute seines gefallens/gebaren als mit seiner fahrenden habe; Doch so ferne er zu wege und stege gehet/und seiner Sinnen und Gliedmaß nicht ist. & in specialiori statuto Lubecensi in den Dögten. Rechteu est: Wann ein Mann/ so redlich ist seiner Sinne/ und mächtig seiner Glieder/ daß er ein Marc/ pfund lötiges Goldes heben und böhren kan von einer stäte auff die andere/ so mag er sein wolgewöhnen Gut geben/ wem er wil. vide Magnific. Dr. Mevium hic in commentariis.

92. Alie.

92. Alienatio mortiscausâ fit in ultimis Voluntatibus;
 93. Ultimæ Voluntates, vel sunt Perfectæ, vel Imperfectæ. Perfectæ sunt Testamentum solenne. Imperfectæ, Codicilli.

94. Testamenti factio licita est Valetudinariis, vel in genere; vel in specie.

95. In Genere Valetudinariis quibusvis licita est; præter furiosos & mente captos: quod ægritudo illorum non impediat testamenti factionem, cum testamenti validitas & invaliditas non pendeat à corporis valetudine; sed à mentis sanitate *l. 3. C. qui testam. fac. poss.* Testariq; possunt etiam in agone constituti *l. 29. pr. C. de Testam. l. 11. §. debilitas corporis de Vacat. mun.* Hinc licet unicuiq; ob gravem infirmitatem, mortis causâ donare *l. 3. ff. de donat. mort. caus.* Et infirmus præsumitur facere actum ultimæ Voluntatis, non inter vivos *sec. glossam in l. 1. C. de falsâ causâ* ut sic donatio per infirmum in dubio dicatur causâ mortis *Alex. in l. quæ dotis. ff. solat. marim.* quod negat *Joachim. Schulke Synops. juris vol. 2. notab. 7. q. 4. p. m. 4.1. per l. 42. §. ult. ff. de mort. causâ donat.*

96. In Specie licita est testamenti factio: I. Cæco. Non quidem admittitur ille ad condendum testamentum in scriptis; Sed nuncupativum, si modo audire & loqui valeat *Cl. Dn. Siltman. Nacl. Inst. tit. quibus non est permiff. fac.* Debet enim, coram Notario & septem testibus, aperte Voluntatem suam declarare, initio facto ab heredis institutione: quæ Voluntas unico contextu in scripturam redigenda, & ab omnibus testibus præsentibus confirmanda est subscriptionibus *l. 8. C. qui testam. Scotan. Exam. Jurid. p. m. 650. Leo tamen Novell. 69. constituit, ut secreto, id est, in scriptis testari possit.* Cur autem tot solennitates hic requirantur, id eam ob causam putant esse factum, ut evitentur falsitates, quæ his in testamentis committi solent *d. l. 8. in verb. ultim. C. d. e.* An autem, si cesserit illa falsitatis præsumptio, & si quædam solennitas omiffa sit, valet testamentum cæci? Ait *Mench. 4. Præsumpt. 7. n. 2.* Limitantur & ista solennitates, si ad pias causas testetur, ubi duobus testibus res absolvetur

Solvetur, *Dd. ad d. l. s. C. d. t. II. Muto & Surdo* 1. *Separatim*.
 Surdus est à Natura; vel à casu. Surdus à naturâ testari potest, si
 ipsi vox concessa est, quod tamen raro est. A casu; potest omnia fa-
 cere, sine obstaculo. Mutus & à naturâ, & à casu, si peritus scri-
 pturæ est, recte testatur. 2. *Conjunctim* Muti & surdi à naturâ ad
 nullum talem actum celebrandum idonei sunt. Tales casu, sunt,
 si literas sciverint *l. 10. C. qui test. fac. poss.* An mutus & surdus à na-
 turâ possit testamentum ad pias causas facere, vide *Tiraquell. privi-*
leg. 9. pia cause. De Jure antiquo aliter erat: nam tunc ne eo qui-
 dem casu, quo mutus scribere & surdus loqui potuit, testamentum
 facere poterant, nisi Principis indultu *l. 6. §. 1. & l. 7. ff. qui testam. fac.*

97. Non licita est testamenti factio. 1. *Mutis & surdis à*
Naturâ, uti diximus, 2. *Furiis & mente captis*. Limi-
 tatur 1. in illo, qui hebetioris est ingenii, & fatuus aliquomodo est,
 licet plane non mente captus, ubi magnâ tamen judicis circum-
 spectione opus est. *Heig. part. 2. q. 38. n. 28. & Henon. in l. s. q. 3. ff.*
de R. J. 2. in Testamento tempore intervalli condito; modo talia
 sint intervalla, quibus mentem ipsis contare, plane constat *l. 9. C.*
qui testam. fac. 3. In eo, quod ante furorem factum est *l. 1. §. 9. ff. de*
bon. poss. sec. tab. etiamsi à testatore, in furorem postea converso, te-
 stamentum incisum sit *l. ult. ff. de Injust. rupt.*

98. *Codicilli*, tanquam imperfectæ Voluntates, permis-
 sâ sunt illis, quibus perfectæ *l. 6. §. 3. ff. de Jur. Codic. & contra l. 8.*
§. 3. ff. eod.

99. Sequuntur *Obligationes*, quæ nascuntur, vel ex *Con-*
tractu, vel ex delicto.

100. A Contractu sine dubio excluduntur omnes, qui men-
 tis usum amiserunt, cum consensus substantiale omnium con-
 tractuum requisitum sit. Itaque Furiosi contrahere non possunt *l. 5. ff.*
de R. J. cum nihil agere censeantur l. 47. de acquir. vel omit. hered.
l. 40. ff. de R. J. quod idem verum esse potest de mente captis &
 aliis id genus fatuis, quorum tamen cauta consideratio debetur
 judici. Furiosi namque absentibus comparantur per omnia *l. ult. ff.*
 de

de V. S. l. 2. §. pen. de Jur. Codicil. l. 124. §. 1. de R. J. ubi eorum præsentia opus est Philipp. Matth. comment. ad l. 5. ff. de R. J. Busius ad l. 2. ff. de procurat. Pac. Eucario & Carov cent. 2. Alciat. & Gödd. in l. ultim. ff. de V. S. Absentes enim multifariam dicuntur, ut habet Gödd. ad l. 199. n. 4. de V. S. Quandocunq; autem furiosus desinit furere & habet intervalla furoris, tunc potest omnia gerere, quæ alii gerunt, qui facultate intelligendi sunt instructi l. 22. §. 7. solut. matr. l. 20. §. 4. ff. Qui testam. fac. poss. A quibusdam Contractibus muti & surdi excluduntur. Nam ad quosdam contractus, præter consensum, quoq; externa signa requiruntur, ut verba inter præsentem prolata, scriptura & facta ipsa. Hinc mutus & surdus stipulari non potest §. 7. l. de Inur. stipulat. quia verba inter præsentem requirit. Quæ vero tantum præsentiam requirunt, aut ne hanc quidem, ubi non voce opus est, illa bene ab illis geruntur d. l. 124. ff. de R. J. Unde & Emptionem & Venditionem, cæterosq; contractus, in quibus verba necessario non requiruntur, inire tam mutus quam surdus potest. Hinc & tacite pacisci possunt de invecis illatis, ut pignori sint l. 4. ff. de pac.

101. Contractus est vel Verus; vel Quasi. Verus est vel Realis; vel Verbalis; vel Consensualis.

102. Realis Contractus est: 1. Mutuum. Ex hoc contractu oritur actio, quæ condictio certi vocatur. Hæc Furioso conceditur utiliter, si accipiens ab eo, crediderit esse compotem mentis: Nam ex quibus causis ignorantibus nobis actiones acquiruntur, ex iisdem etiam furioso acquiruntur l. 12 ff. de Reb. cred. Nam licet furiosus pecuniam credendo non faciat accipientis, si tamen ea consumpta est, mutuum convalescit Gothofr. in d. l. Ubi enim consensus, vel expressus, vel tacitus non requiritur, furiosus obligari potest, item alios obligare Bart. ad. d. l. 12. Ita quoq; alienam pecuniam, credendi causa, donans, & in furorem incidens, conductionem habet; Item si servo quis crediderit, & is furere cæperit, deinde servus in rem domini verterit, condictio furiosi nominis l. 24. §. 1. & 2. de obl. & act. & d. l. 12. de reb. cred. 2. Commodatum.

datum. Ex eo est Actio commodati. Hæc in furiosum non datur: sed actio ad exhibendum, ut res exhibitâ vindicetur *l. 2. ff. Commod. Heideman. in thesib. Pand. disp. 24. th. 2. lit. D.* Non datur ob morbum commodati, si non culpâ Commodatarii factum est. & is ralem adhibuerit industriam, qualem rebus suis *l. 5. §. 4. ff. commod.*

3. Depositum. Depositum reddere depositarius tenetur, ad compellationem Deponentis, etiam ante tempus, pacto forte constitutum *l. 1. §. 45. & seqq. ff. Depos.* Fallit autem in hoc casu, si is, qui gladium deposuit, postea furiosus factus istum reperat: Manifestum est, tunc non esse reddendum, ne vel se occidat, vel alios, donec ei sanitas restituatur *6. nequis 22. q. 2. Et Ulpian. l. 7. §. 6. ad L. Aquil.* in improvidum ejusmodi depositarium, si damnum, re depositâ receptâ, furiosus dederit, actionem non quidem Legis Aquiliæ; sed in factum concedit. Huic geminum est illud *Ciceronis 3. Offic. Si gladium apud te quis sanâ mente deposuerit, reperat insaniens, reddere peccatum sit, non reddere officium. Vide Hahn. Observ. Wesenbec. h. n. 5. in fin. & Mozz. de deposit. p. m. 194. n. 5.* **4. Pignus.** Pignus morbosum esse non debet. Tuncigitur, quoniam à debitorre in pignore deceptus est, contraria pignorititia creditori competet. Si autem sciens creditor accipiat, illi non competet *l. 16. §. 1. ff. de pignor. action.*

103. Verbalis contractus, vocaturq; **Stipulatio.** Falsissimum equidem axioma hic invenio apud *Mozzium de stipularis. qui possint stipulari n. 1.* quod omnes illi possint stipulari, qui possint contrahere. Nam ecce muti & surdi possunt contrahere, ubi non voce, sed consensu & præsentia opus est; ut antea satis declaravimus: Nullo autem modo illis permittitur stipulatio, ut supra affarim diximus. Interim qui tardius audit, & difficulter loquitur, non excluditur à stipulatione *l. 1. §. 15. ff. de V. O.* Furiosus stipulari non potest *d. l. 1. §. 12. ff. d. t.* Ad stipulationem tanquam principalem obligationem; accedit accessoria; nimirum fidejussio, unde consequens est, illos qui stipulari non possunt, ut sunt muti, surdi, furiosi, neq; posse fidejubere. Furiosus autem, licet

promit-

promittendo non obligetur; stipulando tamen sibi acquirere potest. *l. 6. ff. de V. O.*

104. Consensuales Contractus sunt 1. Emptio-Venditio. Hic necessum est, ut illa res, quæ tradi debet, careat vitio, tempore Venditionis; imprimis tali, quod si Emptor scivisset, rem non emisset *l. 48. §. 4. ff. de Ed. edict.* Quod si secus est, datur Redhibitio. Vitia & morbi, ob quæ redhibitio fit servorum, debent esse. 1. **Non solius animi, & leviores quidem.** Non redhibentur enim, leves, superstitiosi, iracundi, contumaces, timidi, cupidi, avari, iracundi, fanatici, melancholici, aleatores, Vinarii, &c. Sed actio ex empto admittitur, si callidæ venditoris dissimulatio & reticentia intercesserit, *l. 1. 2. 4. §. 3. ff. d. 1.* si ignoraverit, competit æstimatoria actio, seu quanti minoris. *Scotus. Exam. jurid. p. m. 531.* Si promiserit animi vitium se præstaturum venditor, redhibitoria quoq; tenebitur *d. l. 4. §. 3. ff. d. 1.* Si autem vitium animi simul impediatur usum corporis, ut mixtum evadat vitium, redhibitio locum habebit *d. l. 4. §. 4. ff. h. t.* 2. **Corporis Vitia morbiq; quæ aut 1. Impediunt contubernium servile; aut 2. Usum servitii.** Utraq; sunt vel *levia*; vel *gravia*. **Levia** conjunctionem servilem impediunt non admittunt redhibitoriam: quemadmodum est spado, qui unum testiculum habet *l. 6. §. 2. h.* sterilis à natura *l. 14. §. 3. h.* Prægnans autem & puerpera his non accensetur *d. l. 14. §. 1. & 2. h.* **Gravia**, si castratus sit *l. 7. h.* si sterilis sit ex vitio, *d. l. 14. §. 3.* Si mulier fieri non possit *d. l. 14. §. 7.* si vel bis, vel nunquam, in mense purgetur, *l. 15.* 2. **Usum servitii impediunt.** 1. Vitia levia, quorum quidem respectu morbosum, non potest dici subjectum, si tamen servitia impediunt, admittunt redhibitoriam, ut abscissus digitus, membra lacerata *l. 10. pr. & §. 1.* Digitorum conjunctio *l. 14. §. 6.* quo & pertinent clavosi, polyposi, crus & latus brevius & longius habentes *l. 12. pr. & §. 1.* Non autem patiuntur redhibitoriam, prorervi (Gothofr. legit pectorosi) gibbosi, curvi, pruriginosi, scabiosi, difficulter loquentes & audientes

res, levilippitudinē, auriculæ dentisq; dolore, mediocri ulcere, febriculâ levi affecti *L. 4. §. 6.* Imperiginosi, *l. 6.* balbi, blâsi, atyphi, *l. 10. §. 5.* gutturosi, alterum oculum, vel alteram maxillam majorem habentes, scævæ, hircosi, strabones, ore olido laborantes, (nisi ex pulmonis aut jecoris affectu id accidat) *l. 12.* Quæ mortuos parit, (secus, si matricis vitio accidat) *l. 14. pr.* Qui urinam facit, (secus si veticæ vitio accidat) *d. l. 14. §. 4.* Cui dens abest, *l. 11. & c.* **Gravia** ob quæ redhibitio datur, si quis sit claudus, *l. 13.* mutus, *l. 9.* myops, luscitiosus. *l. 10. §. 3. 4.* & si quæ sunt similia, quæ ibi prolixo ordine legantur. De Brutorum vitiis videbimus *Artic. secundo 2.* **Locatio- Conductio.** Hic notandum 1. Si locator furiosus fuerit factus, finito locationis tempore, reconductio tacita, quæ alias semper fingitur, hic facta non intelligitur. *l. 14. ff. Locat.* 2. Qui operas suas locavit & adversâ valetudine detentus operis moram injecerit, integram capit mercedem. *l. 38. ff. d. t.* Et Advocati honoraria sua eo casu legitime fumunt *d. l. §. 1.* 3. Si Nauta, morbo impeditus, navigare non potuit, Conductori non tenebitur actioe Locati *l. 10. §. 1. vers. Idem juris in eodem. ff. ad l. Rhod. de jactu.* 4. Competit hæc actio Patri adversus Magistrum, qui filium suum enormiter læsit & vulneravit, non actio injuriarum *l. 13. §. 4. ff. Locat.* quamvis & Actio *L. Aquiliæ* competat *l. 5. §. 2. ff. ad L. Aquil.* 4. In Contractu Emphyteutico, qui locationi & conductioni valde similis est, id notandum est: Quod, si canonem non solvat furiosus Emphyteuta, non cadat ab Emphyteusi. *Carptz. 1. F. p. 2. c. 28. d. 1.* 3. **Societas.** Hic Furor simpliciter non rescindit societatem, sed curator furiosi licentiam habet societatem furiosi dissolvere, & sociis licet furioso renunciare *l. 7. C. Pro Socio.* 4. **Mandatum.** Ex hoc Furiosum non posse obligari, satis manifestum est, ex superius dictis. Furor autem ejus superveniens, qui negotium pro alio sanæ mentis gessit, ratihabitionem domini non impedit *l. 24. §. 1. ff. Rem ratam haberi.*

105. **Quasi Contractus**, ex quibus aliquis, nõ tanquam ex vero contractu sciens, sed ignorans obligatur *§. 1. Inst. de Obl. quæ ex qf. contr.* Hic cum Furioso aliter seres habet, per rationem,

nem, quæ est in l. 46. ff. de O. & A. Sic ego Furiosi negotia gesserim, competit mihi adversus eum negotiorum gestorum actio l. 3. §. 5. ff. de negot. gest. & illi ego vice versa obligor. l. 24. §. 3. ff. de O. & A. Si Furiosus indebitum solverit, generaliter repetitioni locus est, & si quidem existant nummi, vindicabuntur, si consumpti sint, conditio locum habebit. l. 29. ff. de Cond. indeb. Amplius brevitatis gratiã non addimus.

106. De Obligationum dissolutione respectu morbosorum, ut sunt solutio, acceptilatio, novatio, delegatio, pactum de non petendo, hic monere quædam conveniret: Sed nunc non erathis locus, cum in hanc angustiam omnia hæc compingere non possimus. Tu vide interea *Frommann. d. tr. p. m. 60. ib. 27.*

107. Altera Species Obligationum est illa, quæ est ex delicto. Hic generales pono regulas I. Omnes ii, qui genuino mentis usu destituti delicta perpetrarunt, pro certis circumstantiis, aut plane delicto non tenentur; aut pænâ eorum moderabitur, ratio sat aperta est in l. 14. ff. de Off. presid. Ampliatur I. Ut ne quidem ob delictum, ante istum morbum perpetratum, teneatur in tali statu *Andr. Gail. lib. 2. observ. 10. n. 22.* 2. Si ad sanam mentem redierit, nulla est ei indicenda pænâ, imò nec aliqualis pænitentia *Dec. in l. in negotiis ff. de R. J. Limitatur* I. Si furor sit prius probatus l. 2. C. qui test. fac. poss. vide *Carptz. Pr. Crim. p. 3. q. 145. n. 28.* 2. Cum quis suâ culpâ sibi accersiverit dementiam, pænâ sed mitiori plectitur. *Mench. d. A. I. Q. cas. 325. n. 9.* 3. Si tempore dilucidi intervalli, quæ intervalla juxta magis & minus variant, delictum patratum sit. nã tunc furiosus sapere dicitur. l. 6. C. de Curat. furios. 4. Si jam ad sanam mentem redierit, dum delinquit 5. Si jam condemnatum furor invalerit. *Mench. d. l. n. 13.* 6. Si infania sit simulata, quæ quomodo detegatur, vide *Zacch. Q. M. L. lit. 3. tit. 2. q. 5.* II. Omnibus, qui vel gravi morbo sunt affecti, vel decrepità senectute sunt eveci, per pænæ mitigationem, subveniendum est. *Limitatur* I. Si senes sint robusti, agiles &

perspi-

perspicaces *Sfort. Odd. de rest. in integr. p. 2. q. 80. n. 116.* 2. Si sint pænæ pecuniariæ *l. Semper. ff. de Jur. immun.* 3. Si morbi sint facile curabiles. Vide hic omnino *Carptz. Prax. Crim. p. 3. q. 144.*

108. Delicta sunt, vel vera; vel quasi. Delicta Vera, vel Privata, vel Publica.

quædam publica lege est quædam in capite illud est delictum publicum Furtum est ita constitutum C.C. art. 157.

109. Delicta Privata sunt: 1. Furtum. Suspendii pænâ nō punitur, qui ob morbum suum curandum, vel medicamenta, ex inopiâ furatus fuerit, vel pecuniam, ad illa sibi paranda, sustulerit. *arg. l. 22. §. 3. ff. solut. matr. & text. in art. 166. Ord. Crim. Carol.* Furiosi si furtum non faciunt *l. 2. ff. de cond. furt.* At Conditione furtivâ tenentur *d. l. 2.* & Furtum illis fieri posse nullum dubium est. 2. Rapi-
pina. Specialiter hic notandum, quod si quis imbecillitate impeditus, prohibere non potuerit, ne sibi rapiatur, Furti tantum actionem habeat. *l. pen. ff. de Furt. junct. l. 1. §. 10. quod vi aut clam.* 3. Damnum Injuriâ datum. Ex quo furiosus non obligatur *l. 5. §. 2. ff. ad L. Aquil.* & vice ejus tenebuntur, qui illum negligentius custodierunt *arg. l. 7. §. 6. d. t.* Ipsi autem impune damnum fieri non potest. per *l. 24. de. O. & A.* De damno dato, per inflictionem vulneris, infra aliquid dicitur 4. Injuria. Furiosus eam facere non potest, sed pati *l. 3. ff. de Injur.* Filius patris furiosi, ob injuriam sibi ipsi illatam, recte agit. *l. 17. §. 10. & u. ff. d. t.* Injuriarum tenetur, qui ex propinatio-
ne medicamenti alicui mentem alienavit. *l. 15. pr. ff. d. t.*

110. Delicta Publica, quorum quasdam species summo digito tangemus, ne nimis sumus prolixi.

III. 1. Crimen læsæ majestatis. Ab hoc excusatur furiosus *l. un. C. Siquis Imperat.* Extendi & hoc potest ad crimen Blasphemix, seu læsæ majestatis divinæ. 2. Homicidium. Ab illo excusatur Furiosus, quemadmodum & infans, cum alterum innocentia consilii tueatur, alterum fati infelicitas excuset. *l. 12. ff. ad L. Corn. de fidei.* A Pænâ homicidii muti & surdi aliquando excusantur, quatenus autem illud obtineat, & quæ limitationes hic habendæ sint, habet *Carptz. P. C. p. 3. q. 147.* Excusatur furiosus quoq; in par-

ricidio

ricidio l. 9. §. 5. ff. ad leg. Pompej. de parric. Pœna Infanticidii, quæ de Jure Saxonico constituta est, ob morbum Epilepticum, ne reus sc. in executione pœnæ in Epilepsiam incidens duplici affligeretur pœnâ, mitigata fuit, teste Carptz. P. C. p. 1. q. 18. n. 54. Pœnâ *Αυτοχρησίας* quoq; liberantur furiosi & melancholici; & honesta illis sepultura denegari non debet: Quemadmodum id exemplo quodam sententiâq; Collegii Jurid. Witeberg. probat Georg. Schulze in *synops. Inst. de rer. divis. lit. f. 3. Adulterium, stuprum, raptus.* Hic 1. excusant à pœna 1. Furor. Nam furiosum his criminibus teneri non posse, manifestum est; neq; furiosam. 2. *Amor insanus* excusat à pœnâ ordinaria, quod tamen limitatur in eo, qui sc. de nocte ad alienam domum apponit, animo mulierem vitandi & carnaliter cognoscendi, vide Carptzov. Pr. Cr. p. 2. q. 61. n. 63. Farin. part. 3. Pr. Cr. quæst. 98. n. 89. Gilhansen A. Jud. Cr. cap. 5. Ramusc. 3. n. 142. & seqq. 2. Exasperant pœnam 1. Furor. sc. à parte patientis, si quis sanæ mentis homo stupraverit furiosam, tunc in illo exasperatur pœna. Carptz. p. 4. Const. 26. def. 1. P. C. p. 2. q. 69. n. 33. 2. *Morbus sensum impediens*: Ut si quis forsân stupraverit deliquium patientem, aut poculum somniferum dando, scelestum opus peregerit. Non equidem illum aliâ pœnâ dignum esse arbitror, quam si istam violenter compresserit. Atq; hæc species in præsentiarum sufficiant.

112. Sequuntur *Quasi delicta*. Quasi delictum est, quando is, ex cujus cœnaculo aliquid dejectum est, quod alteri nocuerit, aut illum vulneraverit, tenetur. l. 1. ff. de his qui effud. Restituere enim debet mercedem Medicis præstitas, & omnia impendia, quæ in curatione facta sunt, præterea operarum, quibus caruit aut cariturus est, ob id quod inutilis factus est: Cicatricum autem deformitas nullam recipit æstimationem. l. 7. ff. d. t.

113. Absoluto Personarum & Rerum jure, breviter & succincte, quantum poterimus, ad *Judicia* progrediemur, & præcipua quæ hic occurrunt, summam delibabimus.

114. *Judicia* nobis considerabuntur: ut *Constituenda* & *Constituta*. *Constituenda* requirunt *Personas* illud constituenges. Atq; hæc sunt, vel *Principales*; vel *Accessoriæ*.

115. Principales sunt I. Judex, qui dari non potest, mutus, surdus & furiosus *l. 12. §. non autem ff. de Judic. Ampliatur* 1. si à principe dati sint, quod nec possint judicare; *Sebast. Vant. de Nullit. ex def. jurisd. deleg. n. 40.* 2. Si de facto pronunciant, sententia nulla est, etiam parte non opponente. *Vant. ibi. n. 41. Ilico Umm. Disp. proc. 1. th. 8. n. 44.* De cæco quid statutum sit, *vide supr. th. 71.* De Judice Furioso habet *Fromman. d. tr. p. 73. & nos supra d. th. 71.* **II. Actor** non potest esse furiosus & mente captus. *Vant. de Nullit. ex defect. habil. n. 15.* Mutus & surdus. *Vant. d. l. n. 19. & 25. vide Ilic. Umm. d. disp. 1. th. 4. n. 21.* **III. Reus.** Rei itidem esse non possunt, Muti, Surdi & furiosi.

116. Personæ Accessoriæ accedunt, vel Judici ipsi, & sunt Assessores. De his vera sunt illa, quæ de iudicibus ipsis; vel Litigantibus & sunt **I. Advocati.** Excluduntur simpliciter ab hoc munere, Muti: ratio est: cum in Advocato debeat esse facundia, *Ilic. Umm. disp. 2. th. 5. n. 22.* Surdi, cum decretum Prætoris exaudire non possint *l. 1. §. 3. vers. propter casum ff. postul. Secundum quid* excluduntur Cæci, ita ut pro aliis postulare non possint, licet pro se non prohibeantur; *d. l. 1. §. 5. vers. Casum.* Verum an hæc hodie ita observentur & observari debeant, in medio relinquo **2. Procuratores,** & hi primo possunt dari à Mutis & surdis *l. 43. pr. ff. de proc.* Quid autem, si natura mutus & surdus sit simul? Talis etsi intellectu non careat, quia tamen in eo operatio intellectus deficit, procuratorem dare nequit. *Georg. Obrecht. disp. 10. de procurat. c. 2. proposit. 14. Harprecht. part. 2. disp. ad. Inst. 22. assert. 4.* Si autem quis casu mutus & surdus fiat, tunc si literas sciat, putat *Ilico Ummius* procuratorem dare posse. *Disp. proc. 3. th. 3. n. 8.* Non possunt procuratores dari à furiosis *l. 1. §. 12. c. §. seq. ff. de O. & A. Secundo* Procuratores non possunt esse, Furiosus Mutus & surdus *vide Harpr. d. l. assert. 12.*

117. Ad Judicia constituta spectat ipse Processus, cujus res sunt partes, 1. Præparatoria. 2. Processus ipse, 3. Sententia.

118. Ad

118.

118. Ad Judiciorum præparatoria pertinet Citatio.
 Hic notentur Regulae. **I. infirmus citatus non tenetur comparere.** *si agrotans. 5. quest. 3. c. si Episcopus 18. dist.* Neq; furiosum oportet vocare in iudicium. *l. 4. ff. de in ius voc.* neq; prægnantem. *d. l. 2. §. 4. ff. si quis cauit.* & per consequens infirmitas excusat à cõtumaciã *c. 2. de Proc.* Ampliatur hoc i. in infirmitate suorum *Alex. l. non exigimus §. 2. num. 1. ff. si quis cauit.* & *Carptz p. 1. const. 9. def. 9. 2.* In causã criminali, etiam si fuerit inquisitus de causã capitali *Grat. conf. 98. n. 2. volum. 1. 3.* in morbo Advocati *Carptz. d. const. 9. def. 9. 4.* tempore pestis. *Gail. lib. 2. observ. 52. n. 21* Limitatur i. Ut impedimenta allegata debeant esse vera non ficticia. *d. l. 2. §. ult. ff. si quis cauit. l. 3. §. 6. ff. ad sc. Syllan.* 2. Ut infirmitas ac morbus advocati non excuset, si de facili alius Advocatus haberet potuerit *Zanger. de Exc. part. 2. cap. 9. n. 13.* 3. Ut impedimenta ista probari debeant testibus ad minimum duobus. *Zang. d. c. 9. n. 12.* aut per literas & testimonium Medici. *Damboud. in prax. crim. c. 25. n. 9.* testimonium Obstetricis, si prægnans sit citata *Marant. spec. part. 6. rubr. de contum. n. 2. 4.* Ut sit morbus gravis ac fonticus, non levis quædã febricula, aut talis & tam vetus quartana quæ permittit ægram omnibus negotiis superesse *l. 53. l. 60. ff. de re iudicat.* **II. Infirmus & longo morbo fatigatus habet privilegium ad supremum Tribunal, adeoq; ipsius Principis, alios vocandi Non autem vocari potest.** *l. unic. C. quand. Imp. inter.* & hæc evocatio procedit, etiam si lis coram Iudice ordinario sit capta. *Scotan. exam. Jurid. p. m. 235.* Vide & *Menoch. de A. l. Q. cas. 66.* ubi hoc privilegium extendit ad cæcos, lenes, mutilatos membris.

119. Si citatus non compareret propter impedimenta, conceditur **dilatatio.** Durante enim Impedimento, iudicii dies manet diffusus *l. 2. §. 3. in fin. ff. si quis cauit.* idq; ex lege 12. Tabb. descendit. Sic enim ibi: *Si quid horum fuit vitium Iudici, arbitrove, reove, dies diffusus esto.* Formula autem hæc fuit Prætorum, si enim morbo fontico impediti, per amicum se excusassent, Prætores dicebant: *Hic dies diffusus esto.* Quod si non tam gravis morbus erat, jumentum ægrotis, vel arcera i. e. vehiculum dabatur, ut commodius coram iudicio se sisterent;

rent; Sic enim ait Lex: *Si in jus vocato morbus evitatus, vitium sit, qui in jus vocasset, jumentum dato: si volet arceram, ne sternito.* Tale autem impedimentum cum sit facti, non præsumitur, sed probari debet. *Bar. in l. 60. ff. de Re Judic.*

120. Ad Processum ipsum spectat Probatio. Respectu ejus considerari possunt morbi, vel *Objective*; vel *Effective*. *Objective* dico illos considerari, quatenus ipsi probari debent. De his generaliter tenendum est. *Morbum* qui allegat, debet illum probare, ut specialiter quoque in furore constitutum est *l. 2. C. qui test. fac. poss.* ratio est 1. quod agenti & affirmanti incumbat probatio. 2. quod, quæ naturaliter non adsunt, sed potius ex acciti superveniunt, non præsumantur. Unde quilibet præsumitur sanus, non ægrotus, ut è converso semel ægrotus, deinceps talis præsumitur, si modo morbus sit durabilis. *Alciat. reg. 2. præsumpt. 19.* Senex præsumitur ægrotus, si 70. annum exceßerit *Alciat. reg. 1. præf. ult. n. 3.* quia hoc naturaliter illi ætati accidere solet; ut & olim furiosus hodie furiosus præsumitur, si quidem fuerit continuus, nec intervalla habuerit furor. *Alc. d. tr. præsumpt. 18.* Quomodo autem & probentur & præsumantur morbi, docuimus in genere supra in signis diagnosticis omnium morborum, & in specie quorundam. *Effective* considerari possunt morbi 1. quatenus aliquem à probatione repellunt. 2. quatenus privilegio quodam afficiunt.

121. Non igitur admittuntur quidam. 1. ad Juramentum, seu unum probandi modum: Nam istud deferre non possunt furiosi & mente capti, adeo, ut ne quidem accedente consensu curatoris recte deferant, quia non intelligunt, quod agunt, ut sive delationi Juramenti consentiat curator, sive non, perinde fuerit. *Umm. disp. process. 14. th. 1. n. 8.* Sed an mutis bene defertur? quoad intellectum quidem, qui in illis non deficit, concederem; sed quoniam Juramentum etiam articulatam & expeditam linguam requirit, videtur dissentendum. Infirmi, quomodo juramento suam valetudinem declarent, vide *supr. th. 8.* & quomodo infirmo moribundo juranti de mensurâ suæ substantiæ credatur, vide *Novell. 48. 2. ad Testimoniū. Cæci.*
Sed

Sed eatenus tamen, si quæ ante cæcitatem viderunt, post cæcitatem à notis hominibus audiverunt *Accurs. Nov. l. c. 2. §. 1. vers. si vero. in verb. vidisse. Speculat. de Testib. Muti & Surdi*, si simul ita sint, hos plane excludit à testimonio *Ummius disp. proc. 16. th. 1. n. 7.* Sed contrarium statuo, si literas noverint; si surdus solum sit, modo literarum non ignarus, bene testatur, si mutus solum, excluditur à quibusdam simpliciter; ut *ab Umm. d. l.* Sed quid si literas noverit, annon per scripturam testimonium deponere poterit? vide *Rutg. Ruland. de Commiss. p. 1 l. 2. c. 16. n. 2.* Furiosi, nisi tempore dilucidi intervalli testentur, & tunc possunt testari etiam ante litis contestationem, contra communem juris regulam, ne veritas occultetur & probationis copia fortuitis casibus subtrahatur, quin & senes, valerudinarii & alii testes, de quibus ex aliquâ rationabili causâ timetur. *cap. 5. ut lite non contestatâ.* Atq; hæc, quæ de illis, qui à testimonio prohibiti sunt, diximus, confirmat quoq; statutum *Dichmarc.* prout habet illud *Gisebert. peric. statut. Art. 5. p. m. 234.* *Do Tügen mögen geleidet werden framerliche Lide/ De mit gesunder Vernunft unde Sinnen oec betimmet un betünet sin/ oec mögen nene Affinnige/ nene Blinde esse Doven re. to rechre tügeniß geben.*

122 2. Morbi interdum privilegia in probationibus concedunt.

1. **Testis ægrotus & infirmus non tenetur comparere in judicio.** Amplia 1. in Grandævis & decrepitis *l. 5. de jur. immunit. Dd. communiter 2. in Prægnanti, si partui sit vicina Nov. 124. cap. 1. l. 1. 5. de jurejur.* 3. In causâ criminali: Sed tunc Judex ipse ad illius domû se conferre debet *Treutl. vol. 2. d. 5. th. 6. lit. c. Sichard. ad l. 18. C. de fide instrum. n. 67.* alias in causis civilibus debet fieri in ægrotantis ædibus, per actuariû judicii. *cap. si testium. de Testibus.* De publicâ famâ testes infirmi nihil deponere possunt, cum non præsumantur scire id, de quo est publica fama, sicuti nec absens *Bar. in l. 15. ff. de acquir. hered.*

2. **Testis moribundi & agonizantis assertio, præ valet testium vivorum assertioni.** ratio est: quoniam tunc, cum memor salutis æternæ existimetur, majorem vim ad faciendam fidem habeat *l. fin. C. ad. Leg. Jul. Repet. c. sancimus 7. q. 1. cap. significavit. de*

homicid.

homicid. Hinc confessio facta in testamento, licet simulate facta præsumatur, attamen, si confessus juraverit, valet, quia dum cogitat de morte, non præsumitur pejerasse, uti *Alciat. probat ex l. cum quis decedens §. Codicillis. Legat. 3. & ex Auth. quod obtinet C. de probat. reg. 3. præsumpt. 4. in fin.* Secus tamen est. **1. Si agatur de præjudicio alterius tertii.** Sic non creditur Judici falsam sententiam, quam pronuntiavit, asserenti, ad præjudicium ejus, de quo lata est sententia. *Treutl. vol. 2. disp. 23. th. 5. lit. d. ubi Bacchov. & Hunn.* Neq; Testi falsum testimonium se dixisse asserenti. *Jure Lubecensi* statuitur *lib. 2. tit. 2. artic. 24.* quod testator in articulo mortis constitutus, odii invidiaq; causâ, proximû heredẽ abnegare extraneumq; instituere non debeat. **2. quando exstat suspicio fraudis in contrarium,** ut, quando testator fatetur, se aliquid debere personæ non capaci &c. Vide plura ap. *Mench. lib. 4. præf. 5. & 29. n. 3. & 4. Loccen. Exerc. jur. ult. th. 55. & Synops. jur. diff. 30. q. ii. Gisebert. in peric. statut. Art. ii. & alios.* **3. Morbi excusant a quæstionib9 seu tormentis.** Sic torqueri prohibentur, Muti, Surdi, Cæci, Furiosi, certis tamen adhibitis conditionibus. Sed nobis illa pertractanda nimis prolixa sunt. Vide interea *Dn. Carpzov. Pr. Cr. q. 118. Ludov. Gilhausen. A. Jud. crim. c. 6. part. 7. sect. i. n. 5. & seqq.*

123. Sequitur ipsa **Decisio seu sententia.** Hæc plane furioso dici non potest *l. 9. ff. de Re Judic.* Nec valet si lata sit. **1. Contra eum,** quia sententia contra absentem lata non valet *l. 47. ff. de re judic.* Atqui furiosi pro absentibus habentur, ceu diximus th. 100. **2. nec pro eo,** nisi præsentem curatore *l. 49. ff. de recept. arbitr. vide Brouchorst. cent. 4. Enant. Assert. 15.* Deniq; rescindit rem judicatam quivis morbus lonicus, utputa Febris superveniens. *l. 60. ff. de re judic.*

Artic. II. de Brutis.

124. Atq; sic quoq; tertium juris objectum brevissime perspicimus, & simul unam subjecti partem, in quo morbi aliquid operantur, nimirum **Homines.** Nunc ad Bruta descendendum est, & obiter videndum, quid de illis obrineat, 125. Bruta

125. Bruta morbosa & vitiosa vendita redhibentur.

l. 38. ff. de *Ædil. edict.* Limitatur 1. Si sit leve vitium. vide *Spreng. ir. de Modico p 80. n. 32.* unde nec animal castratum redhibetur, nisi sit exinde factum imbecillius d. l. 38. §. 7. ff. d. t. 2. Si vitium post contractum supervenerit l. 54. ff. d. t. 3. Si emptor vitium sciverit l. 1. §. 6. d. t. arg. l. 1. §. 5. ff. de injur. quid contra obtineat, si venditor sciens illud malitiose celaverit vide l. 37. ff. de dolo malo. l. 13. pr. ff. de act. empt. & vend. l. 1. C. de *ædilit. act.* 4. Si sexaginta dies huius actioni præstituti à tempore scientiæ jam defluerint; nisi forsan convenerit, ut in perpetuum redhibitio fiat l. 31. §. 22. ff. de *Ædil. edict.* 5. Si morbus fuerit patens & visibilis, in cuiusvis oculos incurrens l. 14. §. 10. ff. d. t. Vide hic copiosius *Magnific. Dn. Mevium. in I. L. lib. 3. tit. 6. art. 14. & Dn. Carpzov. part. 2. Const. 34. definit. 15. 16. 17.* ubi venditorem Equi, in foro Saxónico, non nisi de tribus vitiis teneri monet. Huc pertinent animalia mordacia, rabiosa aut feræ, quæ ob nimiam feritatem nocent & damna infligunt, & datur ob id, actio de pauperie, ex ædilitio edicto, & si dolus hominis accessit, datur etiam actio de dolo, si alterius culpa, actio Legis Aquiliæ. Nos latius hæc diducere poteramus. Sed nolumus. Tu vide *t. Inst. & ff. si quadrupes pauper. l. 42. ff. de Ædil. edict. l. 7. §. 2. & 6. ff. de dol. mal. C. A. lib. 4. tit. 3. th. 27. & 28. l. 8. §. 1. ff. ad L. Aquil. Jus Lubec. lib. 3. tit. 11. Artic. 1. & 2. & ibi Magnific. Dn. Mevium. Oldendorp. class. 16. act. 13. & alios passim.* Bruta Vulnerata incidunt 1. per vulnerationem in dominium nostrum, si accedat occupatio l. 5. §. 1. ff. de *acquir. rer. domin. §. 13. l. de R. D. vide Harprecht. super Inst. part. 1. disp. 10. assert. 7. Georg. Mohr. in tract. de Jur. Venand. part. 1. cap. 8. n. 5. & c.* 2. Vulnerata aliorum culpâ vel occisa domino dant actionem Legis Aquilæ, vide *pr. & §. 13. l. de L. Aquil. Quid jure Saxónico obtineat vide Carpzov. part. 4. const. 37. def. 8.*

Castratio est vitium grave & 104. Castratio est vitium leve. Vitium leve est vitium grave.

in qbus subij. idem est morbus, in iis subij. eadem etiam est qualitas. Atq. in brutis et in brutis, castratio idem est morbus. Vitium leve est vitium grave.

Membrum II. de Morbis secundum

Qualitates divisis.

126. Morbos, secundum Qualitates divisos, in jure nostro potissimum taliter invenio Morbi sunt vel Veri; vel Simulati.

127. Morbi Veri sunt, vel Graves; vel Leves. Leves sunt;

sunt, qualibet vitia tam animi, tam corporis leviora, & Vicioso-
cantur, his qui afficiuntur. vide *Edon. Neubus. in Theatr. ingen. humani.*
lib. 1. c. 2. p. m. 38. **Gravis** morbus aut **Egritudo** dicitur, quando æger
ex ea moritur, vel ubi per Medicos, vel communiter præsumebatur
moriturus ex illo morbo. *Abb. in l. filia mea. ff. Solut. matr.*

128. Morbus gravis est, vel perpetuus; qui exponitur, quan-
do nulla spes sanitatis subest *l. 22. §. 7. ff. solut. matr.* vel temporalis,
qui ad tempus durat *l. 6. ff. de Æd. edict.*

129. Temporalis dividitur in **Non Sonticum & Sonti-**
cum. Falsa proin est eorum sententia, qui morbum sonticum &
perpetuum non differre volunt. Morbus enim sonticus est, qui im-
pedit, ne quis rebus illis superesse possit, de quibus agitur. *l. Morbus*
ff. de V. S.

130. Sonticus Morbus est, vel non **Contagiosus**; vel
Contagiosus. Contagiosus est **I. Pests.** Hujus quosdam effe-
ctus, sed breviter, indigitabimus, **I. In Contractibus** **I.** Pests
præstat privilegium colono recedendi à loco conducto *fac. text. in*
l. 13. §. 7. ff. locati. tenetur q; Dominus de pensione pro ratà tēporis ali-
quid remittere arg. l. 27. §. fin. ff. d. t. videli imitationes ap. Sebast. Medic.
tract. de Fort. casib; part. 2. q. 6. n. 37. **2.** Excusat à cursu præscriptionis
arg. c. 13. caus. 16. q. 3. vide eundē n. 38. **II. In ultimis Voluntatib;**
I. Testamenti tempore pestis confecti solennitates in jure civili non
sunt remissæ, nisi quoad conjunctionem testium *l. 8. C. de testam.* De
Jure Saxónico sufficiunt duo aut tres testes, etiam si levis fuerit pe-
stis. vide *Carptz. p. 3. Const. 4. def. 1.* **2.** Feminae etiam testes esse pos-
sunt in tali testamento *Carptz. ibid. def. 6.* Quin nos præterea hic
nihil addimus. Tu vide *Carptz. d. const. 4. per tot.* ubi sat multa sin-
gulariter circa pestem constituta invenies **III. In Judiciis** **I.** Ju-
dicia sæpe impediuntur & in alia loca transferuntur, ob periculum
pestis. Confirmat quoq; id *Ordinatio Summi Tribunalis S. R. M. Svec.*
part. 1. tit. 1. §. 3: Wann sterbens oder Krieges dāuffte einflehen/derohal-
ben das Gericht zu Wisimar nicht sicher gehalten werden möchre/
sollen

soßen Präſident, Vice-Präſident und Beſißere mach haben/ damit
an einen andern ſichern und wolgelegern Ort zu verſicken/ ſo lan-
ge/ biß ſolch ſterben und Krieges Läufe auffhören / und das Gerichte
wiederumb/ an berührter ſeiner gewöhnlichen Städte / ſicher gehalten
werden kan 2. Citatus ad peſtilentem locum excuſatur, ſi non com-
pareat *Gail. lib. 1. obſ. 52. n. 11.* 3. Si Judex, ad quem gradatim eſt ap-
pellandum, eſſet in loco peſtifero, poteſt appellari ad alium, omiſſo
medio, juxt. *Barr. in l. 1. §. ſi quis ff. de Appell. & in leg. 19 ff. de tutor.* Plu-
ra hic prolixiffimæ materiæ non addimus. Tu vide integros tractatus
de peſte *Franciſci Ripæ, Hieron. Donzelinuti, Johann. Nieldelii, Hieron.*
Prævitelli, Andr. Dentzel, Chriſtoph. Binder, Joſeph. Quercet, Unzeri, Wē
Befold, Theſaur. præct. voce *ſt. Paul. Zach. Q. M. L. lib. 3. tit. 32.* Mör-
bus contagioſus eſt *Lepra.* De hæc vide *t. 1. extr. de Conjugile prof.*

131. Morbus ſimulatus iſt eſt, qui falſo ſimulatur interdum
ob evitandam pœnam aliquam, aut onera aliqua eſſugienda, de quâ
materia amplam hic haberemus diſſerendi copiam. Sed remittimus
lectorem ad *Paul. Zach. Q. M. L. lib. 3. tot. tit. 2.* ubi elegantiffime
hæc diducuntur. Furor eſt fictus interdum ab ipſâ lege, omnesq; repræ-
ſentat teſtatores, contra officium heredes ſuos excludentes *l. 2. l. 5. §. 1.*
ff. de inoffic. teſt. vel per dolum alicujus *l. 6. ff. de curat. furioſ. l. 13. §. 1.*
de off. præſid.

Membrum III. de Morbis diviſis reſpectu cauſarum extrinſecus adveniencium, remiſſive tractatum.

132. Quæ extrinſecus adveniunt, vel ex malitiâ, aut culpâ ho-
minum, vel ex pauperie, à beſtiis illatâ, obveniunt, circa quam ma-
teriam, hic per omnes juris articulos divagari liceret. Sed ſufficiat
nobis, ſi remittamus nos ad certos Autores, qui rem illam ſufficien-
tiſſime tractarint. De *Vulneribus* videatur *Mench. de A. I. Q. caſ. 533.*
Bald. conf. 136. col. 2. Bernhard. Syevius de Vulnerum inſpect. *Befold, The-*
ſaur. præct. voce *Edeliche Wunden n. 28* *Carpiz. P. C. p. 1. q. 26. Idem p.*
4. conſt. 43. d. 12. De *Venenis & Veneficiis* *Paul. Zach. Q. M. L.*
lib. 2. tit. 2. per tot. Gödelman. tract. ſing. Carpiz. P. C. q. 20. & 21.

H

PARS

PARS SECUNDA DIATRIBES.
De Remediis Morborum, ut plurimum
remissive tractata.

133. A Morbis transgredior ad eorum Remedia Juridica, suntq; vel Præservativa, vel Curativa.

134. Remedia Præservativa voco, quæ ante ipsum morbum à quavis Republicâ semper constituuntur, suntq; 1. Medicorum constitutio, qui semper à magistratu uniuscujusq; loci curandis morbis præponuntur. De illorum jure vide *tot. tit. C. de Med. & profess. Tholosan. synt. jur. lib. 18. c. 25. n. 2. Besold. thesaur. pract. voce Art. Daniel Otton. de jure publ. c. 19. Linneum de jur. publ. c. 4. num. 18. & Romanis olim constituti fuerunt Triumviri Valetudinis, qui ut bene curarentur morbi, providebant vide *Rosin. lib. 7. cap. 28. Antiq. Rom.*
2. Hospitalium constructio, ealiumq; locorum, ubi imbecilli, miseri, ægroti, senes & similes aluntur & à personis, certâ mercede conductis, curantur, qualia sunt Nosocomia, Xenodochia, Ptochotrophia, Gerontocomia, Leprosaria, &c. de quibus quædam habentur *C. de sacrosancti. Eccles.* Vocantur quoq; loca illa Valetudinaria. Hinc *Columella lib. 2. cap. 1. Si alter languidior est, in Valetudinarium confestim deducat & convenientem ei ceteram curationem adhiberi jubeat.* Hinc Medici *νοσοκομοι* vocantur Medici Valetudinarii, *Spitalârke* vide *l. 6. ff. de jure immunitat. & Gothofr. ibid.* De illis vide ulterius *Besold. thesaur. practic. voc. Spital num. 99. Pet. Gregor. Tholosan. Syntagm. juris lib. 15. c. 28. Remigium de immunit. Eccles. ampliât. 17. verb. Hospitalia. Anton. Gabriel. de piâ causâ concl. 2. Sfortiam Oddum de restitut. in integrum p. 3. quæst. 3. art. 6.**

135. Remedia Curativa in specie sunt quorundam morborum, ut e.g. *Furoris*: Solet enim Furiosis dari Curator; De quâ materia affatim haberemus, quod diceremus, sed cum illa nimis ampla sit, pro nostro instituto, remitteremus Lectorem ad *tot. tit. D. & C. de curat. Furios.* &c. qui accuratissime hæc omnia tractavit, *Frommann. in Hypocryp. Jur. Furios. p. m. 33. & seqq.*

136. *Pestis*

136. *Pestis* Remedia idem vel sunt, *Præservativa*; vel *Curativa*. *Præservativa* remedia sunt: 1. eligere locū saluberrimū *arg. l. 1. §. 15. ff. si quid in fraudē patr.* 2. Aquæ ductus, fistulas, lacus & c. puros servare *l. 10. C. de Aquæ duct. l. 1. §. 1. de extraord. crimin.* 3. Locum ab omni putredine immunē conservare, quod obtinetur, si cloacæ & purgentur & reficiantur, quorum utrumq; & ad salubritatem civitatum, & ad tutelam pertinet: nam & cælum pestilens, & ruinas minantur immunditiæ cloacarum *l. 1. ff. de cloacis.* 4. est interdictū: *Ne quid in loco publico*, quod competit contra illos, qui immunditias in viam publicam immittunt *l. 2. §. 29. ff. Ne quid in loco publico.* 5. sunt sepulchra & quidem extra mænia. *l. 3. §. 5. de sepulchro violat.* 6. Prævidere, ne putridæ carnes & huiusmodi fœtencia vendantur, *arg. l. 1. §. 11. ff. de off. præf. urb.* *Curativa* Remedia sunt. 1. Ut infecti exportentur *Bald. & Paul. de castr. in l. 2. C. de summ. Trinit. arg. text. in c. 24. caus. 23. q. 4.* 2. Illorum bonā contagiosa purgentur, 3. ut locus muretur. *Veget. de remilit. lib. 2.* 4. Medicorum auxilium *arg. c. fin. de penit. dist. 7.*

137. Si jam ad specialiora descendere vacaret, multa me hujus argumenti adhuc adducere posse, nec inutilia, nec injucunda, quilibet videt. Multa sanè consulto omisimus, multa cancellis inclusimus, ne nimis immanem molem hinc struere videremur. Quæcunq; ad jus publicum spectant, de Imperatore, Electoribus, & grostantibus, furiosis & c. ne terigimus quidem, uti & Materiam Feudalem (ubi tamen Instituti nostri bene multa erat materia,) oportunitati commodiori id reservantes. Interea nos abrumpimus & **Morbum hunc valere jubemus.**

TANTUM.



Theologia docet morbos, Medicinæq; morbos:
 Sed curare tamen, non generare docet:
 O si Theologi, Medici si deniq; morbos
 Curarent tantum, non generentq; simul!
 Mentibus omnino bene corporibusq; futurum!
 Vespillo locuples nec Satan ipse foret.
 Tandem etiam morbos Jurisprudencia monstrat.
 Publica queis male se res, domus omnis habet.
 O si monstrarent tantum, non atq; pararent,
 Jurisprudentes, quos simul orbis habet!
 Non parat, at monstrat sanans Academia morbos.
 RHANIUS eximia prosperitate vales.
Morhosi, qua mente vales, obnoxia morbis
 Non est. Sanatis publica, priva, sagax.

*Gratulabundus
 scrib.*

Joh. Georg. Dorscheus, D.

 AD

DN. RESPONDENTEM.

DE Morbis ex Jure theles proponis, Amice:
 Juris amans, amens quæ ferat æqua, doces.
 O utinam posses morbos depellere Juris,
 Justitiæq; suum restituisse decus.
 Hoc opus, hic labor est. Sero medicina paratur,
 Cum mala per longas invaluere moras,
 Unica tam gravium Deus est medicina malorum.
 Interea pereat jura perire volens.
 Ast tibi, qui tradis morbos, ex Corpore Juris,
 Corporis ac animi, cor animumq; precor.
 Cor animumq; precor sano sub corpore sanum,
 Sane ut ad summum culmen honoris eas.

scrib.

PRÆSES.

Carmen

CArmen requiris? quàm negem tibi fronte,
 Quod vel minutis saepe Satrapis velle
 Negare, summum quis piaculum ducat?
 Aetate nostrà (nam fatebimur vsrum)
 Sunt ve^{er}ta, suauiludii, mimi,
 Et moriones filii poetarum.
 Os ferream & impudens habere me dicas,
 Et iure dicas, si negem tibi versus,
 Curtumq; metrum, quod modestus exoptas,
 Ephebe praestans. Insitum sedet menti,
 Nec non sedebit, quamdiu traham lucem.
 Quàm pertinace & vix solubili nexu
 Tuis Camenis, & poetica uena,
 Solduriorum ad instar hancam obstrictus.
 Probe recordor, atque gratus agnosco,
 Quo me favoris profecutus es cultu.
 Neque enim iuculus pipulo levis vulgi
 Feror per urbem. non. potentius Numen,
 Vel siderum vis rectius dedit pectus,
 Bene quod merenti continenter insuevit
 Referre grates, nescium doli & fraudis.
 Ecquo proinde commovere Parnassum
 Vultu recusem, scilicet tuà causà?
 Vix (crede) cuiquam plenioribus Musis
 Phæboque prouiore, quàm tibi, scribo.
 Et sic mereris. Optimo tibi pectus
 Luto Prometheus temperavit ac sinit.
 Ab innocentis mox puertia vere
 Eluxit illa mentis indoles celsa,
 Et literarum fervor, & fames fame.
 Aetatem, amice, adhuc puer triumphasti,
 Nihil moratus illa probra Musarum,
 Non assis, aut unius aestimans stocci

Illiteratam nil agentium turbam,
 Natos Vacuna, literarias feles.
 Ex quo Lycæum hoc Varnicum salutasti,
 Nihil remittis de labore, sed sana
 Furore mentis ad sacella doctrina
 Gradu citato passibusq; grassaris.
 Per disciplinas, per scientias omnes
 Cum laude ferris, cumq; laude versaris.
 Ita ardor ille, fervor ille discendi,
 Cordis perusit igneam penetrabile.
 Non gloriaris fortis belluo dici,
 Non mentis ignem flore Liberi frangis.
 Sed es sititor acer omnium rerum,
 Quas jura lethi temporisq; non tangunt.
 Hec cura versat non domabilis sensus,
 Somnosq; rumpit, hic apex tua vota.
 Hec te cathedra causa sistit in presens,
 Quâ sanctiores disputator illustras
 Legum recessus, Juris Imperatorum
 Vindex severus. Impetus tuos Numen
 Precor, secundet! tuq; flos juventutis,
 Fama theatrum gloriosus adscendas,
 In sensa juris mentis explices robur,
 Plaudentiumq; justa colligas vota.
 Vox omnium una hæc, erudite MORHOFI:
 ASTRÆA VIRGO JAM TIBI INFILLAS NECTIT.

Andr. Tscheringius, P. P.

Non adeo falces alienis mesibus infers,
 MORHOFI, Aoni dum lux, Themidosq; decor.
 Quid morbus vitiumq; fiet, das mente sagaci,
 Ingenii specimen dum perhibere paras.
 Non ut Apollineâ sanentur corpora dextrâ;
 Hæc verè Medicos spectat opella viros.

At qui

At qui morbosum redhiberi possiet aptè
Venditor emtorem fallit ut arte malà.
Hacce, Tibi Aediles pramonstravère Curules,
Edictum quorum de redhibendo super.
Maeste Tuis orsis : Te laude Academia maectat,
Quod non morbosum germen adesse velis.
Perge, velut capstis; compluria talia perge:
Sic Te Diva Themis dehinc juvet atq; Polus.

Acceptissimo Populari sincerus scribo.

Joan Bernhard Zinzerling, J.U.C.

Infelix partus, qui obstetricante Minervà,
Res nova, felici jam sidere nascitur ex te,
MORHOFI! themidos plenum te semine, Morbum
Concepisse refers; quis credat? Jura recusant,
Talia de se unquam prognasci monstra parente.
Miratur Jurista, alià sibi matre creatam
Supponi sobolem, mulum, aut opprobria lecti:
Tu tamen assertus, & metra geret hli a poscis
Huic certe, themis atq; Tuo de sadere, proli.
Quid voveam MORBO? Si vis, Epicedia scribam
Infausto, ut longà jaceat sub nocte sepultus.
Morborum latis est; ex nostris MORIBUS aufer
Jota unum, jam morbus erunt. Sed, prodis, Amice,
Quod reliqui celant; quis enim Jurista loquetur,
Rem sibi cum Morbo? Medicis hoc dogma relinquunt;
Tute illud sub jura vocas, quod laudo, ut & inde
Arguo, te Medicum Juri post pauca probatum
Affore, qui tanto tractas contamine Morbum,
Alcides quanto custodem traxerat. Orci.

Morbosi sui novæ de Morbis tele Juridice

l. mg, allusit

Casparus Voigt/ Wilm.

Nuper

Nuper ut alta Boni scrutatus lecta, MORHOFI,
 Accinui summo prospera vota Bono.
 Nunc morbi te cura tenet; rursumq; requiris,
 Ut quoq; funestæ dem bona verba Deæ!
 Quos morbo applausus scribam? nil nobile morbo;
 Aut quod cantanti Materia esse queat.
 Proponis cæcos, surdosq; & mentis inanes,
 Et qui nec mater, nec pater esse potest.
 Infaustos comites: quis hos eluserit astus
 Ne posthac capiti sint nova Morta tuo?
 An^{no} discursu Morbus mitescat amico,
 Nec possit nocuus laudibus esse suis?
 An vero si damna struas, discedere sensim,
 Atq; a vexato discat abire loco?
 Otardi nimium Teucris: seu scæva preceris,
 Seu bona; non morbus desinit esse quid est.
 Non questus surdi, nec cæci expendere lusus,
 Aut animo capti Diva timere queunt.
 An quod cuncta sient vates, sicq; optime vatum,
 Jam bona summa colas, jam mala summa domes?
 Et licet haud morbo pretium tibi cesserit, hosti
 Dulce tamen lingua posse nocere suo?
 Esto ita: sis morbum longo sermone retundens;
 Simq; ego, qui paucus versibus illa probem.
 Si modo post nobis morbus clementior, illum
 Sic non infauste scribimus & loquimur.

Quibus doctissimo Dno Morhono
 ex animo applaudit

JOHANNES RÖLINGIUS, Hollatus.

Donasti Morbos. Scis, quid pro munere reddam?
 Ame pro voto nunc ~~habetur~~ datur.
 Nempe Tuos morbos Deus aderruncet, at istum
 Serves: ab hoc morbo non nisi sanus eris.

Amicissimo meo Morhonio & oculitico
 dilecto scripsi

A. F. zur Nedden-

(S)O(S)

CArmen requiris
Quod vel minus
Negare, summum q
Ætate nostrâ (nam)
Sunt ve^{er}itas, suas
Et moriones filii poë
Os ferream & im
Et jure dicas, si nege
Curtumq; metrum, q
Ephebe prestans. In
Nec non sedebit, qua
Quam pertinace &
Tuis Camenis, & po
Solduriorum adinst
Prohè recordor, atqu
Quo me favoris prof
Neque enim iuculus
Fero per urbem. non
Vel siderum vis recti
Bene quod merenti ca
Referre grates, nesci
Ecquo proinde commo
Vultu recusem, scilic
Vix (crede) cuiquam
Phæboque proniore, q
Et sic mereris. Optim
Luto Prometheus tem
Ab innocentis mox pu
Eluxit illa mentis in
Et literarum fervor,
Ætatem, amice, adh
Nihil moratus illa pr
Non assis, aut unius e

vibi fronte,
is velle
ducat?
rum)
me dicas,
exoptas,
enti,
lucem.
xii
strictus.
sco,
ulgi
Iumen.
s,
luevit
udis.
m
Musis
bo.
cit.
illi-



Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No.